

LIBER SECVNDVS

Idem. In quibus
libris, quo respectum
hanc plane tenoris
ordinatibus et
instans ad gradus
etiam in quibus
libris.

LIBRIS
SECUNDI



LIBER TERTIVS.

COMPLECTENS
EPITAPHIA, QVAE IN
CAEMETERIO TEMPLI
PAROCHIALIS REPE-
RIVNTVR.

A V T O R E,
BALTHASARE MEN-
CIO.

Chrysoftomus.

*Proficiscamur ad sepulchra, ostende mihi patrem;
ostende vxorem tuam: Vbi est qui purpuram induebat,
nihil video, nisi putrida ossa & vermes.*



MAGDEBVRGI,

*Excudebat Andreas Seydner, Impensis Ambrosij
Kirchneri. Anno 1604.*

Balthasaris Mencij Philosoph.
& Poët: Laur: Coron.



Mencius arte virum ac virtute per ora vagatus
Clarior est, laurum dum quoq; spirat odor.
Sic Sophico & melico fulget diademate cinctus
Sed genio & Senio mens veneranda magis.
Utq; intacta manet Iouis alto à fulmine laurus
Sic charum feriat nulla procella caput.

Christophorus Lindnerus
Ecclesiast. Friburgi.

PRAEFATIO.



AMPLISSIMIS
ET PRAESTANTISSI-
MIS VIRIS, PATRICIA DI-
gnitate eruditione, fide, prudentia &
autoritate, omniq; virtutum genere
præcellentibus D: Sebastiano à Ber-
gen I. V. L. & Senatori, Dn: Lucae
Beckmanno, Dn: Aegidio de greue,
Dn: Bernhardo Santmanno, & Dn:
Eleasaro Ienischio ciuibus ac negoti-
atoribus in inclyta Hamburga prima-
riis, Musarum & bonorum hominum
patronis benigniss: Dominis
suis perpetuo honore
dignissimis.

S. P.

)(2

plena

oph.

atus
t odor.

nerus
gi.

PRAEFATIO.

Dena humanitatis & officij, Ciceronis in epistolis sententia est: Animi esse ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere. Et quidem pro uno beneficio geminam gratiam restitui & reddi debere, veteres Graeci dulcissima Charitum imagine ostendere voluerunt, cum earum unam, conuersa ad intuentes facie, duas vero, auerso ad beneficij autorum vultu pinxerunt.

Ego vero in hac conditionis & fortunae meae tenuitate pro plurimis & amplissimis beneficijs, quae, partim in meipsum cum anno superiori in Saxoniam inferiorem propinquorum & amicorum gratia excurrissem, partim in filiolas viri ornatissimi P. M. Dn: Donati Molleri ciuis vestri propinqui mei dilectissimi, quibus constitui estis tutores, atque etiamnum confertis, nulla alia re quam memori & grata mente possum respondere.

Nec alio consilio hunc tertium Epitaphiorum librum vestri nominis titulum praeferre volui, quam ut gratitudinis & obseruantiae

PRAEFATIO.

uantia erga vos mea significationem qualem-
cunq; hoc publico testimonio ostenderem, nihil
addubitans, vestras amplitudines studium
hoc meum cum honorifica vestri mentione
coniunctum, candidè & beneuolè pro sua sin-
gulari humanitate probaturas esse.

Ingens profecto & singulare Dei benefici-
um est, quod in hac postrema & delira mundi
senecta, ex regno superstitionis & tenebram
Antichristi, sub quo maiores nostri seruitutem
seruierunt quauis corporali seruitute tristio-
rem, clementer nos eripuit & liberauit, reddi-
ta luce Euangelij tam clara, ut inde vsq; ab A-
postolorum temporibus vix ulla aetas clario-
rem habuerit. Eam. v. ad rem cum Deus Lu-
theri potissimum & eius fidelissimorum para-
statarum, Melanthonis, Bugenhagij, Crucige-
ri senioris, Eberi, & aliorum qui hic VVite-
berga vixerunt, & fata in Domino suprema
clauserunt, opera sit vsus: nostrum est, & Deo
omnium bonorum fonti pro tam eximijs spiri-
tus Sancti organis reuerenter gratias agere, &
memoriam illorum piè studioseq; conseruare.

Si enim tabulas nauis Thesei conseruarunt

PRÆFATIO.

Athenienses, & cunas Caroli V. Imp. Ganda-
uenses ostentant, propter maximorum alu-
mnorū memoriam, qui in ipsorum urbibus lu-
cem primum viderunt: quanto magis retinen-
da nobis est, & cum debita gratiarum actione
celebranda memoria illorum virorum, qui ad
agnoscendam veritatem cœlestem, Deo duce,
non nobis solum, sed uniuersæ ferè Europa fa-
cem prætulerunt. Et hoc quidem consilio ad
exscribenda & colligenda hæc Epitaphia ipse
in initio accessi.

Etsi verò qualia multorum, præsertim ad-
uersariorum, iudicia futura essent de hoc labo-
re meo, iam ante prospiciebam, tamen & re-
cti conscientia, & aliorum bonorum virorum
exemplo fretus, quo exemplo (ut prologus Te-
rentianus loquitur) mihi licere id facere quod
illi fecerunt, putabam: propositum constanter
vrsi, & Deo cæptis aspirante, portum tandem
contigi. Quis enim vnus omnium iudicio sa-
tisfaciat, aut omnibus probetur? Cum ne Iu-
piter quidem (ut est in versu Theognidis) seu
pluat seu sit serenus, omnibus placeat.

Et quidem in omni vita sic se habere, &
verissi-

PRAEFATIO.

verissimum esse statuo, quod autor gravissi-
mus Xenophon Socrate dixisse narrat: ἔπανυ-
ξάδιον ἐσιρέυξῃν ἔργον, ἐφ' ᾧ ἔκ' ἀντις αἰτίαι ἔ-
χοι χαλεπὸν ἔργον τὶ ποιῆσαι, ὡς ἐμὲ μὲν ἔ-
μαρτῆρ χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτῆρ τὶ ποιῆ-
σαι, μὴ ἀγνώμονι κριτῇ περοτοχῆρ.

Quorum verborum haec sententia est, dif-
ficile quidem esse, omnino aliquid conari &
prestare citra errorem & accusationem, diffi-
cile vero etiam, ubi quid verè & sine errore
prestiteris, tamen non incurrere alicuius iudi-
cium iniquum & reprehensionem. Valeant i-
gitur & suo fruantur genio Sycophantae isti,
contra quorum morsum remedium non esse,
proverbia dicitur. Nobis quandoquidem om-
nibus non possumus, satis est quam optimis pro-
bari.

Bene feliciterq; in Domino valete viri
amplissimi: & praenominati affinis mei Dona-
ti Mollerii liberos, vestros pupillos, & reliquos
propinquos meos de meliori nota vobis habe-
re commendatos.

PRAEFATIO.

VVitebergæ anno reparatae salutis quarto, post millesimū sexcentessimū, die. 3. Martij, quo Ioh: Frid: Dux Sax: & Elect: sanctiss: & placidissimè hanc ærumnosam vitam cum aeterna & beata commutavit, annorum supra millesimum, sexcentessimum, quinquagesimo quarto, humatus Vinarie ad latus uxoris.

Balthasar Mencijs M.
& P. C.



LIBER-



LIBER TER-
TIVS.

CONTINENS EPITA-
phia, quæ in Cæmiterio Tem-
pli Parochialis reperiun-
tur.



Dixi supra, Tem-
plum VVitebergense
oppidanum situm esse
ferè in medio vrbs, in-
ter duos ciuitatem per-
luentes rivulos seu torrentes. Eius a-
rea, quam vulgò κομητήριον appellant,
ferè quadrangularis est.

Ab occidente intersepitur à foro
serie quadam domorum, seu potius
tabernarū mercatoriarum. A septen-
trione

A

trione

trione rivulo alluitur, qui à celeritate nomen fortitus est: quanquam ea parte etiam Scholam habet, in qua bonis literis imbuuntur pueri, & partem muri Epitaphiis nonnullis ornata. Latus orienti obuersum claudunt Pastoris & aliæ quædam domus. A meridie deniq; rursum alio alluitur rivulo, quem dixi supra à sordibus, quas è ciuitate egerit, nomen inuenisse. Quanquam etiam ab hac parte serie quadam domorū, prædicto rivulo velut imposta, circumcingitur.

Inter hanc quam dixi seriem domorum meridiei oppositam, & ipsum Templum Capella est, cuius in muris Epitaphia quædam reperiuntur.

Cæterum in latere eodem meridionali versus forum sita est Schola puellarū in qua virgunculæ educantur & instituuntur, non vt discant artem cochleandi cum studiosis, & aliis honestioribus puellis, abhorrentibus à tali leuitate, affectis ignominiosis
agno-

agnominibus, obtrectandi: sed vt discant Deum timere, parentes honorare, proximum diligere, & omnia in meliorem partem interpretari, etc. Fuit autem hæc Schola primum pueris dicata, puellarum verò Schola sita erat post Templum, inter riuulum scilicet borealem, domum Pastoris & ipsum Templum. Verum cum in eodem anno 1564. destrueretur, & e contra noua Schola pro pueris in Cæmeterii angulo occidentali conderetur: hæc, quam dixi olim puerorum fuisse, puellis attributa est.

Neque hic silentio prætereundum, quod Andreas Caroloftadius, primus renouatæ hoc seculo Berengarianæ hæreseos autor, interim dum Lutherus in Pathmo ageret, anno Christi 1521. prædictam Scholam puerorum, quæ nunc puellarum informationi destinata est, in macellum panarium conuertit, Scholarum vsum ditans non necessarium esse, cum



scriptum sit : Non docebit ultra vir
proximum suum , Jerem. 31.

Verum Lutherus , cognito eius
furore , rediens VVitebergam omnia
in integrum restituit , & ordinavit
præterea , vt Pastor Ecclesiæ & aliquot
præterea Professores primarii semel
quotannis Scholam vilitent , & eorum
quæ didicerunt cum in Elementis
Christianæ pietatis , tum verò & in
artibus & linguis , quas certè Theo-
logiæ ancillari necesse est , rationem
à Scholasticis exigant. Sicut ipsemet
à Melanphone , D. Pomerano & aliis
puer in hac Schola examinatus , & ex
ea porrò in Magdeburgensem à D.
Paulo Ebero missus sum.

Scholæ huic à parte aquilonari
foris inscripta sunt sequentia dicta :

*Disce bonas artes , per quas Ecclesia crescit,
Dum datur ingenio , disce iuuenta frui.*

Menander.

καλλις οἱ εἰς αὐτὴν παιδεία βροτοῖς
διπλοῦν ὄψοιμι οἱ μάθοντες γράμματα

958

Θεὸς μὲν ἕκτος οὐδεὶς εὐτυχῆ βροτοῖς.

Præsens videt omnia Christus

Patiens terit omnia virtus.

οἴσειον καὶ ἔλπίσειον.

Porro anno 1564. Senatus aliam, ut dixi, nouam Scholam pro pueris extrui curauit, ad torrentem, quem vocant celerem, in angulo Cæmiterii occidentali, pluribus & commodioribus habitatiunculis ita exædificatam, ut omnes Collegæ in ea possint habitare.

Eorum verò partes sunt, educandæ informandæq; pueritiæ, quanta fieri potest, fide & diligentia, incumbere: non ut progressu temporis, assumpto Studiosorum nomine, scurras agant, ut spatiando, heluando, noctu in plateis tumultuando, scortando, ludendo, deniq; quouis nequitiae genere tempus terant & patrimonium dilapident (id quod hodie quidam titulotenus Studiosi laudi sibi ducunt) sed ut bonis literis bonisq; mo-

A 3

ribus

vir

eius

omnia

auit

quot

emel

rum

entis

& in

theo-

nem

met

aliis

& ex

D.

onari

ta:

cit,

frui.

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

ribus exculti, Ecclesiæ Dei, Reip. parentibus & sibi ipsis vsui & emolumento esse possint.

Hæc Schola magnum etiam & spatiosum habet Lectorium, in quo D. Paulus Eberus, cum de mandato Illustriss. Ducis Saxoniae Electoris Augusti, Bibliis Lutheri Germanicis in Latinum sermonem conuertendis publicandisq; occupatus esset, & alioqui mole negotiorum senio & virium infirmitate fractus, collegium longius dissitum adire non posset, docere consuevit.

Porro ædificationem Scholæ huius, pro suo in Ecclesiam Scholasq; propensissimo studio, liberaliter & benignè adiuuit. Illustriss. princeps Elector Augustus, vt sequens testatur *ἐπιγραφή*, supra Scholæ ianuam incisa lapidi.

Anno Domini 1564. Mense Iulio, huius scholæ ædificatio incepta est, quo

quo tempore Illustrissimus Princeps Saxoniae Augustus Sacri Romani Imperij Elector, has terras regebat, qui sua munificentia ad hanc aedificationem adiutor fuit. Ecclesiae huius Pastor erat D. Paulus Eberus Kittingensis. Et in hac ciuitate Consul Dominus Thomas Heilingerus.

His subiectum inligne ciuitatis VViteb.

Lapidi huic desuper impositi sunt duo pueri nudi, vexilla tenentes in manibus: in quorum dextro Lutheri Rosa, & Philippi serpens in cruce pendens: in sinistro verò, Pomerani cithara, & Eberi virgo cum duobus luminibus conspiciuntur.

Supra Epigraphen excisa sunt insignia Electorum Saxoniae, duo scilicet gladii decussatim sese interfecantes, & sertum rutaceum, clypeo vno comprehensa: Iplisq; subscriptum:

A 4

Disce,

LIBER TERTIVS.

Disce, fili mi, Sapientiam, & lætatur cor meum, vt responderi possit his, qui mihi conuitium faciunt. Prou. 27.

Ad Coloss. cap. 2.

In **CHRISTO** sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi.

Sequentia verò dicta non quidem saxi incisa sunt, sed muris Scholæ circumcirca maiusculis literis inscripta. In eo latere quod meridiem spectat:

Sermo **CHRISTI** habitet in vobis opulenter cum omni sapientia Col. 3.

Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ, hæc exerce, in his esto, vt tuus profectus manifestus sit in omnibus, attende tibi ipsi & doctrinæ, persiste in his 1. Timoth. 4.

SINITE PARVULOS, ET NOLITE

TE

TE EOS PROHIBERE AD ME VENIRE, TALIVM ENIM EST REGNVM COELORVM. VIDETE, NE CONTEMNATIS VNVM EX HIS PVSILLIS, Matth. 18.

Domine, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, Ioham 6.

Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam è manu mea Ioh. 10.

In eo, quod ad orientem vergit.

Initia sapientiæ timor Domini.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.

Non me pudet Euangelyi CHRISTI, potentia siquidem Dei est ad salutem omni credenti Rom. 1.

Fac cum seruo tuo secundum misericordiam

A 5

ricordiam

ricordiam tuam, & statuta tua doce me.

NON EST VOLVNTAS PATRIS VESTRI, QVI IN COELIS EST VT PEREAT VNVS DE PVSILLIS ISTIS, Matth. 18.

In ea parte, quæ septentrioni opponitur.

Herr wohin sollen wir gehen? Du hast das Wort des Ewigen Lebens Joh. 6.

Meine Schaffe hören meine Stimme/ vnd ich kenne sie/ vnd sie folgen mir/ vnd ich gebe ihnen das Ewige Leben / vund niemand wird sie mir auß meinen Henden reissen.

QVI SVSCEPERIT VNVM PVSILLVM TALEM IN NOMINE MEO, ME SVSCIPIT. ET QVI OFFENDERIT VNVM EX PVSILLIS ISTIS, QVI IN
ME

ME CREDVNT, PRÆSTITERIT EI,
VT SVSPENDATVR MOLA ASINA-
RIA IN COLLVM EIVS, AC DEMER-
GATVR IN ALTITVDINE MA-
RIS.

Lasset das Wort Christi vnter
euch reichlich wohnen in aller
Weisheit. Col. 3.

Halt an mit lesen / mit ermah-
nen / mit lehren / selchs warte / da-
mit gehe vmb / auff daß du zuneh-
men in allen dingen offenbar sey /
hab acht auff dich selbst vnd auff
die Lehre.

In media Cæmeterii planicie si-
tum est ipsum Templum, tribus orna-
tum turribus, vt supra lib. 2. diximus,
Eius pars muri ea, quæ septentrionem
respicit, anno 1570. restaurata, & al-
titudine cum muro meridionali exæ-
quata

quata est, vt sequentia in muro Templi sub tecto meridiem versus scripta testantur.

Domus mea domus orationis est, cuius repurgatio à latronibus Papistis A. V. D. D. Martino Luthero inchoata M. D. XVII. Dei beneficio in præsentem annum M. D. LXX. duravit, quo anno restauratio ædificij huius templi facta est.

Deus constituit regnum tuum, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis Psal. LXVIII.

Octavo Idus Septemb. Anno M. D. LXX.

Multæ etiam statuæ lapideæ veteres & recentes forinsecus muris Templi insertæ sunt, vtpote Christi Domini, eiusq; matris Mariæ virginis, Apostolorum & ciuium quorundam.

Inter cætera visitur in Cæmiterio Orientem versus, picta in muro Templi

Templi imago Crucifixi, astantibus Iohanne Euangelista & Maria matre. Hanc imaginem Imp. Carolus V. cum anno 1547. capto Electore Ioh. Fridrico, & oppido dedito, VVitebergam Spectandi gratia ingressus esset, deuotè admodum operto inclinatoq; capite veneratus est. Quod ipsum & omnes Cæsarem sequentes Principes, Capitanei & satellite, pro recepta Pontificiorum consuetudine, fecisse memorantur.

Post hanc Crucifixi imaginem reperitur in eodè muro saxū *τετραγωνον*, in quo excisus est Dominus & Redemptor noster I. C. in horto ad radices montis oliueti orans in agone, tribus circumfuis discipulis dormientibus. Hanc figuram olim depingi curauit Philippus Melanthon & his ornauit versibus, ex cap. 17. Iohan. verbis filii Dei ad æternum patrem in agone dictis. Sit dilectio tua in eis, quæ me diligis, & ego in eis.

Nec

em-
pta
st,
stis
in
icio
X.
ficij
on
no
nno
ete-
em-
Do-
nis,
am.
ite-
uro
npli

Nec tu Gnate Dei, maius, meliusuè rogare
 Æternum poteras, optime Christe, Patrem.

Quam quali $\epsilon\sigma\phi\gamma\eta$ semper te diligit ipse
 Diligat & simili nos vt amore Pater.

Nec tribui nobis hoc possit munere maius,
 Quid Nati posset maius amore dari?

Non apud æternum facis irrita vota Parentem,
 Affirmat iurans hoc Pater ipse tibi.

Erga nos etiam es patrij tu pignus amoris,
 Iussus, pro nobis debita $\lambda\omicron\tau\rho\alpha$ dare.

Nos igitur quanquam sumus ægra & sordida massa,
 Credimus ista tamen munera summa dari.

Confisiq; tua prece, Christe, pericula nostra,
 A summo petimus cuncta Parente regi.

Tuq; tuo serues infirmos nomine, qui vis
 In nostris viuens mentibus esse $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$.

Quin & in summitate eiusdem
 muri proximè sub tecto versus meridi-
 em aliud extat saxum, in quo excisa
 scropha, cui velut porcelli subiiciun-
 tur Iudæi quidam exuentes lac suil-
 lum, & eius à podice sedet Rabinus,
 altera quidem manu pedem schro-
 phæ dextrum, altera verò caudam e-
 iusdem in altum attollens, & in ipsum
 Thal-

Thalmud (vt Lutherus loquitur) quã acutissimè introspiciens, ac si eximiũ & singulare quiddam videre & percipere studeret.

Hanc imaginem (cui supra scriptũ, RABINI, SCHEM HAMPHORAS.) consentaneum est, in reproborum Rabinorum & Iudæorum Apostatarũ confusionem & ignominiam (Nam Iudæos olim in his regionibus habitasse, indicio sunt multa oppidorum & pagorum nomina Hebræa, quæ in hodiernum diem retinent) à viro quodam pio & cordato ad Templi huius murum antiquitus positam esse. Plura de hac scropha videantur in libro Lutheri, cui titulus: von Schamhamphoras vnd geschlecht Christi/ Tomo V Vitebergensi. 5. fol. 509. Ienensi. 8. fol. 118.

Et his quidem breuiter præmissis, nunc ad ipsa Epitaphia, quæ extant in Cæmiterio, exscribenda venio.

I. Vrsu-

I.

Vrsulæ à Bernitz.

ANno M. D. XXXVII. mense Octo-
bri die XXV. exempta est rebus hu-
manis Vrsula à Bernitz grauida uxor Am-
brosii, quæ optimè preparata & contumulata
ad mort. p. m. fide Iesu Christi cum maxima
laude & fortitudine decessit.

Hoc tumulo mæstus posuit tua frigida membra

Ambrosius coniunx Vrsula casta tuus.

Et Christum, magna quem tu pietate colebas,

Vt tibi det cæli gaudia vera, rogat:

Seminatur corpus animale, resurget corpus
spirituale.

1537.

Hoc Epitaphium muro, quem
rius alluit septentrionalis, affixum
est.

II.

Margaridos Metiæ.

Qui credit in filium, habet vitam
æternam.

Anno XXXVIII.

ipse

*Ipse iubes ad te pueros ô Christe venire,
 Atq; hos perpetua morte perire negas.
 Hac spe Margaridos posuere huc ossa parentes,
 Nobilis ex Metia, quæ sata gente fuit.
 Et tibi qui gemitus audis ac vota piorum,
 Commendant natam maxime Christe suam.*

Lapis quadratus, cui simulachrum
 Christi incisum, in muro templi se-
 ptentrionali conspicitur.

III.

Hagnæ Schurffæ.

Hic Augustini Schurffi castissima Coniunx
 Condita cum natis bis tribus, Hagna iacet
 Quæ quoniam toto te pectore, Christe colebat;
 Concedas animæ gaudia vera piæ.

Obijt 27. Ianuarij &c. 40.

Prope domini Pastoris in lapidi
 incisum.

IIII.

Barbaræ Marschalkin.

Anno Domini 1541. undecima Februarij
 obijt Barbara Marschalkin à Biberstein,
 uxor Doctoris Melchioris Kling Iurisconsulti.
 Ante ædes Pastoris.

B

V. Augu-

V.

Augustini Schurffii.

Hic Augustini conduntur frigida membra,
 Cognomen Schurffi nobile cuius erat.
 Qui medicus multis alijs præstantior vnus,
 Ingenio pollens, arte, fideq; fuit.
 Pectus erat sapiens & publica commoda curans:
 Multum igitur toti profuit ipse scholæ
 Et quia cognouit cœlestia munera Christi,
 Iustificâ coluit te, Deus alme, fide
 Corpore at hic posito, quod spe votisq; petebat
 In cœlo fruitur mens bonitate Dei.

Decessit Anno 48. Die Maij. IX.

Ad latus vxoris prope ostium pa-
 storis.

VI.

Elisabethæ Carpenführerin.

Hic pia Matthiæ coniunx est condita Elissa
 Qui meruit nomen Carpophori officijs.
 Ipsius mores casti, & sine labe fuerunt,
 Iustifica coluit te quoq; Christe fide.

Decessit Anno M. D. XLIX. die
 XXII. Augusti.

In

In muro boreali prope riuulum in lapide exscriptum.

VII.

Iohannis Nicri Famuli Philip-
pi Melanthonis.

Iohannes patrij Nicri discessit ab vndis.

Huc accersitus voce Philippe tua.

Quem comes exilij iuuit precibusq; fideq;

Nam verè gnato credidit ille Dei.

Ipsius hic Dominus sepeliuit corpus inane,

Viuit conspectu mens fruiturq; Dei.

Decessit Anno M. D. LIII.

die III. Aprilis.

Cernitur in muro prope riuulum
maiori saxo insculptum.

VIII.

Antonij VValtheri.

VValtherus tumulo situs est Antonius isto,

Editus ad ripas clare Mosella tuas.

Eximias cuius dotes en candide lector

De scriptas studio simplicitatis habes.

Ingenium, pietas, castæq; modestia vitæ,

Copia doctrinæ maxima, pacis amor.

*Virtutes natiuæ illi fucoq̄, carentes
 Et decus & vitæ norma fuere viro.
 Artibus ingenuis tenerumq̄, amando iuuentam,
 Traduxit spacium temporis omne sui.
 Teq̄, Dei gnatum constanti vore professus
 Seruijt in cætu, maxime Christe, tuo.
 Nunc mens iuncta Deo cæli letatur honore
 Ossa cubant summo viuificanda die.*

*Decessit ex hac vita Antonius VValtherus
 Græcæ & latinæ linguæ in Academia
 yVitebergensi Professor Anno
 1557. die 13. mensis Ianuarij.*

*Humi à porta consulari intra mu-
 rum & viam, qua itur in plateam Iu-
 dæorum.*

IX.

*Catharinæ Krappinæ coniugis
 Philippi Melanthonis.*

*P*roximus hic tumulus Catharinæ contegit ossa,
 Quæ Crappo quondam Consule nata fuit,
 Coniugio casto fuerat quæ nupta Philippo,
 Ex scriptis cuius nomina nota manent.
 Virtutes habuit donatas numine Christi
 Matronæ Paulus, quas docet esse decus.

Hic

Hic absente viro sepeliuit filia corpus,
Viuit conspectu mens fruiturq; Dei.

Decessit Anno M. D. LVII. die
XI. Octobris.

Muro affixum Septentrionali pro-
pè Tiliam,

X.

Appoloniæ à Gunderoda.

COrpus Apoloniæ cubat hoc mortali sepulchro,
Quæ sata Gunterodæ sanguine gentis erat.

Nuptaq; non humili celebratis laude maritis,
Antè tibi Cruciger, deinde Fasolde tibi.

Casta Deo studuit vera pietate probari,
Exemplum studuit coniugis esse bonæ :

Sedula, frugalis, verax, moderata, benigna,
Desidiæ, litis, luxuriæq; fugax.

Quatuor hæc natas, tria mascula pignora lecti,
Te peperit, Cruciger, facta parente parens.

Teq; Fasolde duas peperit genitore puellas;
Militæ nouies fida ministra suæ :

Imbuit & sobolem pietatis lacte tenellam,
Vnde fides animis affluit vnde salus.

Tres natæ, puer vnus adhuc monumenta prioris
Coniugij viuunt de bonitate Dei :

Parua superstes adhuc blanditur & vna Fasoldo,
 Legitimi pignus filia dulce thori.
 Hanc reliquam sobolem, tibi Christe. piumq; maritum
 Commendans precibus iam moritura pijs.
 Commendans animam fugientem, exordia vitæ
 Hausit, non dubia speq; fideq; nouæ.
 Ergo redemptoris gremio susceptus Iesu,
 Viuit Apolloniæ spiritus ante Deum:
 Lætaturq; sciens fore rursus vt excita Christus
 Iungat, & exuuijs vestiatur ossa suis.

Cariss: ac innocentiss: filiolæ

Infantis Catharinulæ parentes,
 Apollonia, Melchior Fasoldus,
 Dulcis filiolæ tenella membra,
 Leni morte soluta, condidère
 Hoc, vt tecta quiescerent, sepulchro,
 Donec voce resuscitata Christi,
 Supremum venientis ad triumphum
 Vitæ, letitiæ beatioris,
 Claro & contuitu Dei fruantur.

Obijt Anno 1557. Die 30. Ianuarij
 ætatis 49.

Requiescunt in spe resurrectionis &
 vitæ æternæ.

Anno

Anno 1557. den 28. Septembris ist in Gott seliglich entschlaffen die Edle vnd Thugendtsame Fraw Apollonia von Gunteroda / des Edlen vnd Ehrenvesten Melchior von Fosolt Ehrenthugendtsame Hausfrau / Gott verleihe ihr vnd allen Christgleubigen eine fröliche Auferstehung / Amen.

Extractum super murum riuuli borealis iuxta portam, tabulae lignae ruinosae inscriptum.

X I.

Georgij & Christophori
Maiorum.

Anno 1558. die 8. Maij, Georgius, & sequenti anno eodem die Christophorus fratres, filij Reuerendi viri D. Georgij Maioris Sacrae Theologiae Doctoris ex hac mortali vita euocati, his duobus cubiculis inclusi, expectant redemptorem resuscitaturum

B 4

mor-

mortuos in Domino ad aeternam vitam & laeticiam.

Muro templi Sept. inclusum ad cochlidem minorem.

XII.

Catharina Rosin.

1558.

Die XXII. Septemb. obiit honesta matrona Catharina coniunx M.

Andreae Rosæ.

O Catharina Deus cū te requiescere iussit,
Exigua hic terræ condita mole iaces.
Quæ Christum verbis fassa es, quem corde fo-
uebas,

Atq; fides factis usq; probata tuis.

Te requiem captas, donec de puluere corpus
Suscipiat Christus & super astra vehat.
Vt te Leucoream de valleq; traxit ad urbem
Sic & ad aeternam Leucorin ipse trahat.

Lamina ænea muro Septentrio-
nem spectanti inclusa.

Philip-

XIII.

Philippi Neidelij.

Hac placide saxi sub mole quiesco Philip-
pus,

Qui sum Neidelio de genitore satus.

Sanctorum mors est somnus: sic transige vitā,

O homo ut inChristi viuere morte queas.

*Qui moritur Christo, uiuit, tibi sum quia
Christe*

Mortuus, ergo mihi viuere Christe dabis.

Obijt 6. Cal. Nouemb. An. 1558.

Conrad. pa. F. F.

*Tabella ænea ob longa fulcro pro-
pè Schemhamphoras affixa.*

XIIII.

Iacobi Milichij.

Anno M. D. LIX. die decimo Nouem-
bris decessit vir clariss. Iacobus Milichi-
us Doct̃or artis Medica, eruditione & virtute
excellens, cuius labores studijs doctrinarum
profuerunt, ut & scripta eius ostendunt.

*Inter tiliam & ædes pasto-
rales.*

B 5

XV. Iohan-

XV.

Iohannis, Magdalenaë & Agne-
tæ Chronachiorum.

Iohanni nato ex prima uxore Barbara Doct.
Pont. filia, & mortuo Anno 1548. Magdale-
na nata ex altera uxore filia Doctoris Schurf-
fij, mortua Anno 1554, & Agnete mortua an-
no 60. tribus dilectis liberis suis hunc lapidem
posuit Lucas Cranachius.

Funera quid frustra lugetis nostra parentes?

Hic nam sub saxo molliter ossa cubant.

Spiritus at noster fruitur cœlestibus auris

Ergo tuas lachrymas fundere mitte pater.

*Propè tiliam versus testudinem
templi maiorem.*

XVI.

Magdalenaë VVinshemiaë.

Hoc mea sub tumulo carissima conditur
uxor,

Complexu rapuit quã fera Parra meo.

Annos bis septem mihi cum coniuncta fuisset

Coniugij duras pertulit usq; vices.

Corde

Corde Deum puro semper venerata proq̄ est
 Et promtè didicit dogmata Christe tua.
 Meq̄, semel casto sibi quem coniunxit amore
 Officijs fouit prompta, volensq̄, suis.
 Et moriens liquit casti sex pignora lecti
 Quæ specimē nostri semper amoris erunt.
 Illius hic positum corpus nunc ritè quiescit
 Spiritus at verum conspicit usq̄, Deum.
 Laudibus hunc celebrans veris haudq̄, irrita
 fundens
 Vota, quibus natis prospera cuncta petit.
 Obijt die XXI. Iunij hora IX. pomeri-
 diana Anno M. D. LX.

M. Sebastianus Theod. VVinsh.
 cariss. coniugi suæ F.

In muro iuxta rivulum lapidi qua-
 drato insculptum.

XVII.

Basilij Matthæi.

Epitaphium Basilij Matthæi senatoris Vite-
 bergensis. Decessit ex hac mortali vita in
 vera Dei agnitione 7. Martij An. M. D. LXI.

In pariete templi Australi iuxta
 schemhamphoras lapis continēs con-
 tumu-

tumulati figuram togatam quâ interfuit introductioni priuilegiorû & primæ foundationi in huius Academiæ.

XVIII.

Margarethæ Matthæi.

Honestissimæ matronæ Margarethæ Matthæi, coniugis D. Martini Kelneri decessit XXVII. Augusti Anno M. D. LXII.

Proximum præcedenti, statuam defunctæ lugubri veste circumdatam præ se ferens.

XVIII.]

Garbertæ Mollerin.

Henrico fata Mollero Garberta quiescit
 Hoc tumulo patriæ spes generosa domus.
 Sed fatum inuidit: fato meliore rependit
 Damna tamen, cœli nam facit arce frui.

Decessit XVIII. Cal. VIII. Octobris
 Anno Christi M. D. LXII.

Muro inclusum meridionali ad sinistram portæ maioris templi versus ortum: Insignia, in quorû ambitu annus fatalis legitur, ab Angelo gestantur.

XX.

XX.

Andræ Morisonis
EPITAPHIVM.

HAc prope dilectos positus sub mole parentes
Andræas Morison post sua fata cubat.

Qui ceu semper erat Christi sermonis amator
Sic placidæ summum clausit in orbe diem.

Coniunx mæsta viro nati, posuere parenti
Cum lachrymis luctus hæc monumenta sui.

Ipse sed in Christo, vero quem corde colabat
Viuit, & in cœlis gaudia vera capit.

Deceßit X. Februarij Anno Christi M. D.
LXIII. ætatis ferè LX.

Inter ædificia ; quæ forum & au-
stralem turrin respiciunt.

XXI.

Saræ Bugenhagiæ.

ANno M. D. LXIII. die XVII. De-
cembris mortua & sepulta est hoc loco
honestiss. matrona Sara filia Reu. V. Doctoris
Bugenhagij Pomerani, & coniunx Georgij
Cracouij I. V. Doct. & in hac Academia Pro-
fessoris.

Inclu-

Inclusum est muro Basilicæ orientali formam mulieris habitu lugubri representans.

XXII.

Timothei Eberi.

Timothei tegit hoc saxū breue corpus Eberi
Spiritus angelico cum grege lætus agit.

30. Ianuar. Anno 64.

Maiori ianuae templi Boreali & turri vicinum.

XXIII.

Iosephi Froschesseri.

Iosepho Froschessero Argentinensi, Iacobi F.
quem in ipso ætatis flore ex oculis hominum
mors eripuit: Anna Lucartin mater acerbo in
officio diligens hoc monumentum pro munere
extremo cum lachrymis p. Vixit annos XXI.
dies 6. Obijt 3. Cal. Maij Anno M. D. LXIV.

Hoc Epitaphium habet ab occa-
su ædificia: ab ortu turrim.

Annæ

XXIIII.

Annæ Fendiæ.

ANno 1565. Anna cla: D. D. Melchtoris
Fendij coniunx vera pietatis, & mariti
amantissima, cum quo in coniugio annos su-
pra 30. pie viuens, premissum in eternam
vitam 3. mense pie decedens, est secuta die 26.
Ianuarij.

Ad cochleam maiorem & semi-
tam: iniuria temporis attritum.

XXV.

Martini Lutheri, Doct. Mar-
tini &c. Filii.

HAc Martinus humo dormit post fata
Lutherus

Cui pater Helias tertius ille fuit. (bat,
Nomen idē cum patre eadem cū patre mane-
Nixa fides, meritis, maxime Christe, tuis.

Isq; Heilingero natam de consule ducens
Annam legitimo iunxit amore sibi.

Hinc celebrē laudem, laudata à coniuge duxit
Mens erat his eadem, par amor, una fides.

Nil stabile est terris, vix quinq; peregerat an-
Mors rupit grati vincula coniugij. (nos

Sed

*Sed nunc arce poli vivit, terrisq; morante
 Pio socero & cara coniuge vota facit.*

*Lataturq; die quo reddita corpora vitæ
 Conuenient Christi, iudicis ante thronū.
 AEternumq; Dei vultu & sermone fruuntur
 splendida luce noua, iusticiaq; Dei.*

*Obijt Anno Christi 1565. Die 30
 Mart.*

*Diuidit turrim septentrionalem
 & ædificia forum spectantia.*

XXVI.

Sufannæ Moschviciæ.

*S**ufannæ Moschviciæ, Clariss. viri D. Ia-*
cobi Milichij Philosophi & Medicinæ Docto-
ris & Professoris publici Ordinarij coniugis &
relictæ viduæ monumentum quæ in Domino
piè obdormiuit Anno M. D. LXVII. die
XXIII. Iunij.

Inter tiliam & ostium pastoris.

XXVII.

Valentini VVendleri.

Anno

XXVII.

Valentini VVendleri.

A Nno M. D. LXVIII. die XXIII.
 May in Christo obdormiuit vir pietate,
 doctrina ornatiss: veraq; doctrina caelestis stu-
 diosiss: D. Valentinus VVendlerus Penicensis,
 cui Deus sit propitijs.

XXVIII.

Bartholomæi Vogelij.

E Pitaphium honesti & prudentis viri D.
 Barthol. Vogelij, Bibliopole & senatoris
 VViteberg. qui pie obiit An. Christi M. D. LXIX.

Bartholomæus in hoc tumulo Vogelius ossa

Condita habet, uiuit spiritus ante Deum.

Suntibus hic primus summi monumenta Lutheri

Edidit, æterni munera magna Dei.

Leucorea prudens & fidus in vrbe senator

Et legum custos, iusticiæq; fuit.

In Christo tandem, tredecim cum lustra peregit,

Finijt hic vitæ fata suprema suæ.

Qui vitam claudunt ô terq; quaterq; beati

Inq; fide & vera cognitioe Dei.

Sacello cæmiteriali appositum o-
 stentans statuam mariti pedestrem to-
 gatam, & vxoris in veste lugubri.

C

XXIX.

XXIX.

Bartholomæi Vogelij.

Mollis adhuc infans prognatus patre Vogelo,
 Conditus hac dormit Bartholomæus humo.
 Felicem puerum, quem Christi sanguine tinctum,
 Mors cita venturum præripit ante malum.

Sacello adfixum exprimit imagi-
 nem infantis veste emortuali induti.

XXX.

Helenæ Kuffnerin : D. Eberi
 coniugis.

Sie liegt begraben die Erbare /
 Zugsame vnd Gottfürch-
 tige Frau Helena Kuffnerin /
 des Ehrwürdigen Hochgelarten
 Herrn D. Pauli Eberi Eheliche
 Hausfrau / welche in Gott ent-
 schlaffen ist / den 22. Junij Anno
 M. D. L. X. I. X. Nach dem sie ihren
 Herrn in Lieb vnd Freundschaft
 XXIX. Jahr weniger VII. Wo-
 chen

chen beygewohnet / vnd 13. Kinder /
als 9. Söhne / vnd 4. Töchter in eh-
ren geboren / ihres alters 46. Jahr.

Ad sinistram maioris ianuae bore-
alis iuxta semitam versus scholam.

XXXI.

Catharinæ Burchardinæ.

Beati in Domino mortui confe-
stim, & iam: dicit spiritus

Apocal 14.

BEate anima & depositis hic eandem ad
spem corpusculi exuuijs Catharina Burc-
harde, D. Francisci Burchardi VVinariensis
filie anno ætatis 37. coniugij 12. hoc ipso ubi
nata erat loco. 26. Augusti Anno 1569. pie de-
functæ coniug. castiss. & opt. supra complu-
res abortus, duorum filiorum & todinem fili-
arum matris: Mattheus VVesebecius mari-
tus & superstites liberi Victorinus, Catharina
& Anastasius dolentes M. P.

Coniugis hoc tumulo posuit VVesebecius ossa
Vita cui ut nomen pura pudensq; fuit.

C 2

Par-

Parte septentrionali ad dextram
ianuæ maioris muro inclusum.

XXXII.

Alberti Aleætoris.

O Primo & honesto iuueni Alberto Aleæto-
ri Embdensi Frisio, opt. art. & medicina
studioso, qui Anno Christi M. D. LXX. die
XXIII. Octob. hora 7. antemer. placidè in
Christo obdormiuit: hoc monumentum paren-
tes maestissimi posuerunt.

XXXIII.

Sebastiani Matthæi.

Viro pietate, virtute, sapientia & doctri-
na præstanti Dn. M. Sebastiano Matthæi
Reip. Vitebergensis Iudici vigilantissimo in
Christo Iesu piè defuncto, coniunx superstes
marito charissimo in luctu & mærore hoc mo-
numentum parari curauit.

Obijt 8. Aprilis Anno Domini M. D.

LXXI. ætatis sue LV.

Lapis muro meridionali sub Schem-
hamphoras inclusus, eiq; togata viri
pedestris imago incisa.

Caspa-

XXXIII.

Casparis Princkij.

HOc ego sub gelido requiesco marmore Caspar.

Princkius vt tristi funera sorte tuli

Quem quod cum socijs malefidis nauibus irem

Mersit in insanas naufraga puppis aquas

Atq; ibi vi multa validus rapit æquore vortex

Nec quod me sub aquis sustinuisset erat.

Quod licuit solum vitæ ipso in limine Christus

Firmiter arrepta est anchora sacra mihi

Cuius ego hic nixus meritis ac vulnere vitam

Deposui plenus speq; fideq; noua.

Anxius interea genitor virtutibus urbem

Qui replet patriam consiliisq; bonis.

Anxius at frustra hæc sperat num credidit arte

Instructum patriæ me fore præsidium.

Nil mea mireris potius tua respice fata

Illaq; dum legis hæc posse venire puta.

Omnia sunt inuisa homini terra, æquora, venti

In cælo patriam discat vt esse suam.

Lapis muro meridionali ad minoré
ianuam affixus resurrectionem Chri-
sti incisam habet.

tram

lecto-

licina

X. die

de in

aren-

oetri-

uiba

mo in

perstes

c mo-

M. D.

nem-

viri

aspa-

XXXV.

Philippi Iacobi Halleri.

D. O. M.

MEMORIAE.

Philippo Iacobo Hallero à H. Christoph. Halleri ab Hallerstein, Sparneck, & VValtsstain, Com. Pal. Eq. aur. Carol. V. à consilijs & ser. Dn. Philip. Allobrog. Duc. domus praefect. filio obedientiss: apud Belgas nato & enutrito opt. spei adol. qui iurisprud. Aug: Vindel. primo, mox Senis, ubiq; autem locorum opt. moribus praeditus, clarisq; virtutibus ornatus pietati operã dedit epatisq; inflãmatione correptus, VViteberga, cum magno totius Acad. marore placidissimè extinctus fuit, die XII. Octobris Anno M. D. LXXII.

Ad parietem sacrarii borealem fulchro affixum, vna cum maiorum armis gentilitiis. XXXII.

XXXVI.

Iohannis VVidebrami Fride-
rici Filij.

Natus.

Natus Ioannes VVidebramo patre superstes
 In terris menses quinq; nouemq; puer.
 Liber ab ærumnis, & Christi morte renatus
 Cælestis patriæ gaudet habere patrem.
 Ossa tegit tellus, animam sinus almus Abrahæ
 Ambo breui iungat tempore summa dies.

Obijt VII. Martij Anno Christi M. D.
 LXXIIII.

Ad dextram ianuæ Pastoris ver-
 sus tiliam.

XXXVII.

Mariae Meltwizin.

Anno 1574. den 8. Martij ent-
 schlieff in Christo sanfft vnd
 stille die Gottfürchtige vnd
 züchtige Jungfraw Maria / des
 Erbarn Christoff Meltwizen se-
 ligen nachgelassene Tochter.

C 4

Rom.

Rom. VIII.

Nichts mag vns scheiden von
der Liebe / die da ist in Christo
Jesu.

Lige neben der Linden/nach dem gros-
sen Bindelstein.

XXXVIII.

Casper Pfreundt.

D 37. Jahr nach der Gnaden-
reichen Geburt Jesu Christi
1574. den 16. Monatstag
Junij ist der Erbare vnd Wolweise
Gaspar Pfreundt / Bürgermeister
vnd Apoteker zu Wittenbergk sei-
nes Alters 57. Jahr seliglichen in
wahren Glauben vnd Bekentniß
Christi entschlaffen / dem Gott ne-
ben allen Auserwehlten eine fröli-
che Auferstehung vnd ewige See-
ligkeit vorleihe / Amen.

Ich

Zch weiß daß mein Erlöser lebet.
Iob. XIX.

Ben der Linden nach dem grossen
Windelstein.

XXXIX.

Eduardi Meieri Bremensis.

Conditus hoc tumulo florentibus occidit
annis

Eximia prestans, qui pietate fuit.

Quiq; suū omnigena formarat pectus ab arte

Nec minus excultis moribus auctus erat.

Patria Brema fuit celebri vicina Visurgi,

Qua Heroum genitrix Saxonis ora iacet.

Nobilibus virtute viris & fortibus ausis

Eius erat summa laude probata fides.

Nam Cronobergiaca Gualterum stirpe creatū

Bernardumq; domus Verlebie erudit.

Astræ Themidos cultor fuit acer, & equus

Qua Lanus Hasiaci perluit arua Soli.

Iamq; bipertiti sinuosa voluzine Iuris

Legerat ingento iudicioq; pari.

Quando ad Leucorei se contulit Albidos urbē

Vita ubi mortalis fata suprema tulit.

C 5

O spes

*O spes fallaces nam si te passa fuissent
 Implere ætatem fata Eduarde tuam.
 Patria quæ insignes tibi clara sponndit honores
 Et stabilita tua & tuta fuisset ope.
 Nunc tamen abscedens terris hac laude superstes
 Viuis, vita tibi quod fuit acta bene
 Et quibus amorum currens vigilante fuisti
 Quod constante tuum nomen honore colunt.
 Dicendus merito es felix hoc nomine, sed plus
 Quod Christum agnosti non dubitante fide.*

Petrus Albinus Niuemontius.

O*rnatissimo, pietate ac eruditione pre-
 stanti D. Eduardo Meiero Bremensi, qui
 diem obiit VVueberge Anno 1575. Idibus
 Martijs.*

Inter vtramque ianuam meridionalen.

X L.

Iohannis Francisci.

*Epitaphium honesti & docti iuuenis
 Iohannis Francisci legerdorff-
 ensis Silesij:*

Hoc

Hoc sita Iohannis Francisci membra sepulchro
 Æternum viuit spiritus ante Deum.

Quem genitore pio Carnouia protulit atq;
 Artibus erudit cum pietate bonis.

Fouit & in studijs quinos hunc Leucoris annos,
 Doctrinæ vnde tulit cum pietate decus.

Sedulus arripuit veterum præcepta Sophorum
 Quæ linguam & mores ingeniumq; colunt.

Cumq; decem fragilis vitæ geminauerat annos
 In Christo subita febre perustus obit.

Hæc pietas ipsi fratris monumenta locauit
 Hic manet aduentum Christe benigne tuum.

Obijt 31. Augusti Anno
 CIO IO LXXV.

Intra australem turrim & seriem
 ædium forum respicientium.

XLI.

Nicolai Hanckonis.

EPITAPHIVM.

Exiguum peragens (pereunt sic optima) vitam
 Huc Nicolaus Hancko corpus intulit.

Miserat Albiacis quem Vratislavia Musis
 Clarum scientia, & pium necat febris.

Flebilis

Flebilis ille suis quia fratribus occidit, urnam

Hanc Abrahamus sumtibus locat suis.

Tu cuicumq; vigor mediæ est ætatis, in horas

Grassatur haud certas, age sis mortis memor.

Obijt Anno Christi 1576.

26 Septembris.

*In medio cemeterio partis borea-
lis.*

XLII.

Iacobi Grobij

*IN hoc dormitorio quiescunt ossa Iacobi Gro-
bij bonæ spei pueri M. Iacobi Grobij & Eli-
saberhæ Oederinæ filij XVI. Cal. Aprilis. An-
no 1577. inter parentum vota placide mortui.*

Prima fui patris soboles & chara sed eheu!

In terris paruo tempore chara fui.

Nam mors me primo nimis invida sustulit anno,

Inter vagitus, naniolasq; rudes.

Non posset genitor tantum perferre dolorem,

Iungeret & fatis fors sua fata meis:

Copore nos olim iungi ni sciret vterq;

Cum dabit horrificum buccina diafonum.

M. B. M. N.

sepultus

Sepultus ad dextrā maioris Coch-
lidis.

XLIII.

Pauli Grosseri.

DN: Paulo Grossero Onolsbachensi Domini
Christophori Grosseri I. V. D. filio, iuueni
splendore generis, virtute eruditione & mo-
rum suauitate ornatiss. filio suo suauiss. VVite-
berga piē defuncto Cordula Roetzelia mater
mestiss. h. m. f. c. Obijt ad XII. Cal. Iulij An-
no Christi M. D. LXXVII. cum vixisset an-
nos XXII. menses II. dies XVII.

Tumulus habetur propè tiliam
versus occasum.

XLIIII.

Annæ Cranachs.

In Jahr nach Christi Ge-
burt M. D. LXXVII.
den 30 Monatstag Junij ist
die Erbare vnd Ehugensame Frau
Anna Cranachin des Erbaru vnd
Wol

Wolweisen Caspar Pfreunds / weiland Bürgermeisters vund Apotekers zu Wittenberg eheliche Hausfrau Ihres alters im 50. Jahr / in beständigen Glauben vund Anrufung Gottes / von diser Welt abgesehen / Gott gebe ihr vund vns allen eine fröliche Auferstehung vñ Ewiges Leben / Amen.

Christus spricht Joh. 11.

Ich bin die Auferstehung vnd das Leben / wer an mich gleubet / der wirdt Leben / ob er gleich stürbe vnd wer da lebet vund gleubet an mich / der wird nimmermehr sterben.

Liegt nahe bey der Linden do die alte Jungfer Schul gestanden nach dem grossen Bindelstein.

Iohan.

XLV.

Iohannis Fluthi.

Iohanni Conradi Fluthi Pharmacopole filio-
lo, qui natus anno 76. prid. Cal. Septemb.
Obijt anno 77. prid. Cal. Septemb. parens fieri
iussit.

Sapientia 4.

*Rapti sunt, ne malitia mutaret intelle-
ctum eorum, nec falsa doctrina animas eorum
deciperet.*

Conspicitur intra tiliam & coch-
leam ad latus Cranachia.

XLVI.

Gertrudt Geyerbergerin.

ANno M. D. LXXVII. den 26.
Sept. ist in Gott seliglich ent-
schlafen die Erbare vnd Tugentsa-
me Frau Gertraudt Geyerberge-
rin / des Ersamen Dieterich Gey-
erbergers Eheliche Hausfrau /
ihres

ihres alters 74. Jahr / der Gott
gnade.

Sic etiam longis arbor consumitur annis

Cui tamen ante annos vis iuuenilis erat.

Qualis in hoc mulier senio confecta sepulchro est

Geyerberge prius quæ tibi iuncta fuit.

Nam cinis est hominum finis, breuis omnibus ætas,

Cuius imago leui germine tota latet.

Cœpit heri. crescitq; hodiè, cras herba labascet

Si super ira noti ducta frementis erit.

Vita quid est? Mors est: quid mors? est vita piorum

In vita labor est in nece tuta quies.

I. M. Doct.

Liegt neben der Linden nach dem Ab-
bendt.

XLVII.

Margaretha von Mo-
chow.

Nach Christi Gebure im M.
D. LXXVII. Jahr / den
10. tag Octob. früe umb 5.
Uhr

Ihr ist die Edle vnd Erbare Fray
 Margaretha geborne von Mo-
 chaw / des Ehrwürdigen vnd Hoch-
 gelarten Herrn Georgij Maioris, der
 heiligen Schrift Doctoris eheliche
 Hausfray seeliglich entschlaffen /
 vnd allhier vntergelegt vnd begra-
 ben / der Gott vnd vns eine fröli-
 che Auferstehung vorleihen wol-
 le / Amen.

Ist zwischen dem Thurm vnd der
 grossen Mitternächtigen Kirchthür.

XLVIII.

Iohannis Schurstabij.

Iohanni Schurstabio Noribergensi L. L. Stu-
 dioso in ardentis. numinis diuini inuocatio-
 ne pie mortuo, Barbara Pfintzingerina, mater
 mestis. filio amanti. non sine lacrymis
 H. M. P. C.

Annis florebam, sed vis nimis inuida lethi,
 Spe citius vitam ponere iussit humo.

D

Parce

*Parce tamen genitrix lachrymis, tibi in æthere reddat
Et tecum æternæ tempora lucis agam.*

*Præcessi, sequere, & veterem testantia amorem
Oscula dilectis accipe, redde, genis.*

M: B: M: N:

*Obijt anno Christi M. D. LXXVIII
XVI. Decembris.*

*Tumulatus ad viam, quæ ex Iudæo-
rum platea in forū ducit. prepe Magd:
V Vinsh:*

XLIX.

VValpurgis Lindnerinæ.

*E**Pitaphium honestæ ac piæ matronæ VVal-
purgis, Magni Person quondam ciuis VVi-
zeberg. relicte viduæ III. Cal. Febr. An. M. D.
LXXIX. in Christo placidè defunctæ.*

Quæ iacet hoc tumulo matrona recondita mæsto,

Lindnero claro sanguine nata patris.

Nupta duobus erat sociali lege maritis

Pingendi eximia claruit arte prior.

Vendentis alter Scotiæ qui littora liquit,

Religionis amans mercibus æquus erat.

Ex hoc natorum bis ter cum facta fuisset

Mater supremum clausit in orbe diem.

Offa

Ossa tenet tumulus sed ad æthera vecta residit
Mens vbilata videt cœlica templa Dei.

Sepulta intra maiorem ianuam me-
ridionalem & cochlidem.

L.

Valentini Espich.

D. O. S.

HOc monumentum Valentino Espich VVi-
tebergensi, qui paucis post mensibus, quã
editus in lucem est, eam iterum reliquit in
Christo mortuus, parentes filio dilectiss. cum
lacrymis posuere.

Vixit menses 3. dies 2. horam 1.

Obijt 6. die Ianuarij Anno C I 7. I 7. X X C.

Qua brevis hic, cœlo vita perennis erit.

Conspicitur intra borealem tur-
rim & ædificia.

L I.

Iohan Hertceg Vngari.

Epitaphium Ioannis Hertceg
Zolosij Vngari:

D 2

D 1470

Dum studiis inbiat procul à natalibus oris,
 Vngaricæ pubis laus non postrema Ioannes,
 Subdita quem trucibus tellus Szolofia Turcis
 Progenuit: patriæ cum iam releuare ruinas
 Ingenio posset, fato properante peremptus
 Corpore mole sub hac, sed in æthere mente qui-
 escit.

Obijt hora prima antelucana diei Aprilis
 XVIII, Anno M. D. LXXXI.
 ætatis suæ XXVIII.

Ioh: Lit: Danet:

Intra turrim septent. & scholam
 propè viam.

LII.

Michaëlis Teubers. V. I. D.

Anno Christi M. D. LXXXI. Michael
 Teuberus I. V. D. ad murum templi
 aquilonarem intra cochlidem & ianuam ma-
 iorẽ in peculiari domuncula latericia, quæ la-
 minis cupreis obducta, ferreisq; cancellis cir-
 cummunita est, erigi curauit Tabulam Epi-
 taphialem, ornatam pictura resurrectionis
 Christi & sua suæq; coniugis & liberorũ ima-
 ginibus

ginibus ad virum expressis, addita hac inscriptione.

Diese Taffel hat der Ehrenveste
vnd Hochgelarte Herr Michael
Teuber / der Rechten Doctor vnd
Ordinarius alhier zu Wittenbergk
seinen zum theil in Gott dem Herrn
entschlaffenen Kindern / derer all-
hier dreye (darunter die erste Toch-
ter / vnd sein lieber Sohn Michael /
vnd seine liebe Tochter Jungfrau
Anna) vnd dann drey kleine zu al-
ten Stetin / sein Eltester Sohn a-
ber Benedictus Teuber zu Kostock
begraben / vnd drey jehziger zeit
noch am Leben sein / durch den
Herrn Lucas Granach auß Väter-
licher liebe zu einem gedechtniß An-
no 1581. abmahlen / vnd im Monat
Majo setzen lassen.

D 3

In

qui-

prilis

I.

lam

hael

mpli

ma-

e la-

cir-

Epi-

ionis

ima-

nibus

In dextra ala sic :

Michael Teuber ein fleissiger
vnd gelehrter Student seines alters
23. Jahr / des Herrn Doctorn Mi-
chael Teubers Professorn alhier
geliebter Sohn / ist am 17. Junii
Anno 1575. seliglichen in Gott
dem Herrn entschlaffen / vnd liegt
alhier begraben / Der Barmher-
zige GOTT gebe ihm eine fröliche
Aufferstehunge.

In sinistra verö.

Die Ehugentsame Jungfrau
Anna Teubers / des Herrn Do-
ctorn Michaeln Teubers Profes-
sorn alhier geliebte Tochter ist am
25. Februarij Anno 1579. ihres al-
ters 21. Jahr seeliglichen in GOTT
dem HERRN entschlaffen / die liegt
alhier bey ihrem geliebten Bruder
begra-

begraben / der Barmhertzige Gott
gebe ihnen eine fröliche Aufer-
stehunge / Amen.

Intrinsicus in dextra Tabula ala
hæc leguntur.

*Hoc versus adolescens ipse ne viuorum
negligentia obesset mortuo de se composuit, &
funus suum illos sequi iussit.*

Tu quicumq; meos ab imagine discere vultus
Expetis en mentis discito verba meæ.
Cum prece sub media mundi defece recedam
Ex precio Christi sidera clara petam.
Interea tamulo mea molliter ossa quiescant
Donec in aduentu iudicis ora leuem.

In sinistra verò:

Tristis parentis querela.

*Indicat infelix operosi cura sepulchri
Quanta mihi misero spes sit adempta patri.*

Auß dem Gebet Manasse des Kö-
nigs Juda.

D 4

Darumb

Darumb beuge Ich nun die
 Knie meines Hertzens / vnd bitte
 dich HErr vmb gnade / ach HErr
 ich habe gesündigtet / ja ich habe ge-
 sündigtet / vnd erkenne meine Misse-
 that / Ich bitte vnd flehe / vergib
 mir O HErr / vergib mirs / laß
 mich nicht in meinen Sünden ver-
 derben / vnd lasse die straffe nicht
 ewiglich auff mich bleiben.

Hiob am XIX.

Ich weiß daß mein Erlöser le-
 bet/etc.

LIII.

Georgij Schvveigkeri.

Tumulus.

Honesti, eruditi ac pij iuuenis Georgij
 Schvveigkeri Monacensis, pietatis &
 Artium studiosi placide in Christo 24. Aprilis
 Anno 1581. defuncti.

Schvveig-

Schueickerus viuum Christi de corpore membrum

Vnà hic cum reliquis contumulatur humo.

Flos tantum ætatis primæ spectatus in illo est,

Et iam tum magnæ spes data frugis erat.

Sed citò sublatum terris Deus intulit astris,

Vieta ô spes hominum spe potiore fuit!

Frater Antonius amoris ergò poni
curauit.

Christus vita, mors lucrum.

Sepulchrum est intra maiorem ia-
nuam meridionalem & intimationum
tabulam.

LIIII.

Dorotheae Bernuzin.

Ze liegt begraben die Erbare
Ehugentsame Frau Orthia/
des Erbarn vñ Weisen Herrn
Ambrosij Bernuzê Eheliche Haus-
frau / welche im XL. Jahr ih-
res Ehestandes XIII. Kinder mit-
einander gezeuget / vñnd ist selig-

D v

lich

lichen in Christo den 20. Maij Anno
M. D. LXXXI. entschlaf-
fen/in 64. Jahre ihres alters/wel-
cher unser lieber Gott eine fröliche
Aufferstehung verleihen wolle /
Amen.

Christus ist mein Leben / sterben ist
mein Gewin / Phil. 1.

*Hoc tumulo Ambrosij, placide Dorothea quiescit
Vxor Bernutij casta, pudica, pia.*

*Viure quæ poterat multos dignissima in annos:
Ante diem & tempus, mors fera falce fudit.*

*Mens habitat cælos: recubant hic molliter ossa
Donec cum Christo sint rediuiua suo:*

Iohan. Mencius Pastor Eck.

*Sub tilia orientem versus propè
viam borealem.*

L V.

Georgi Metzgeri.

Anno

A Nno salutis M. D. LXXXI. I. die
 Augusti pie defunctus est Georgius
 Metzgerus Rotenburgensis Fr. studiosus, anno
 etatis sue XX. G. M.

Lamina ænea lapidi infixæ è regi-
 one hypocaufti pastoris.

LVI.

Huldrici Mozij.

D. O. M. S.

Huldrico Mozio.

Iuris & opt: art: studiosiss: in inclyta VVite-
 bergensium schola cum eruditionis ornãmē-
 ti, gaudijsq; spem magnam patriæ, parentibusq;
 fecisset, in ipso flore vitæ inter amplexus C. I. D.
 Præceptorum VVitebergæ pie sancteq; defun-
 cto Anno Christi M. D. LXXXII. Ianuarij
 die VIII. etatis sue an. XXII. filio charissi.
 B. M. pietatis & amoris causa Sebaldus Lau-
 inganus civis M. H. P. eidem resurrectionem
 vitamq; beatiss: comprecans.

Abacuc. 2.

Iustus sua fide viuit.

Intra

In
 af-
 el-
 che

ist

Eck.
 pè

ino

Intra domum parœcialem & tili-
am propè viam.

LVII.

Bastian von Bergen.

Anno. 1582. den 16. Febr. ist
Der Edle vnd Ehrveste Ba-
stian von Bergen auff Wer-
belaw Erbsessen in Gott seliglich
entschlaffen / dem Gott gnade.

Hiob XIX.

Ich weiß daß mein Erlöser le-
bet / vnd er wird mich hernach auß
der Erden aufferwecken / vnd wer-
de darnach mit dieser meiner Haut
vmbgeben werden / vnd werde in
meinem Fleisch Gott sehen / densel-
ben werde ich mir sehen / vnd meine
Augen werden ihn schauen vnd
kein Frembder.

Liegt

Ligt hinter dem kleinen Mittagischen
Kirchthürpfeiler/ an deme die Intimati-
ones, theses vnd andere Zettel angeschlas-
gen werden/ward hirnwind gestochen.

LVIII.

Ludemilde Fridessin.

D. O. M. S.

Ludemilla Fridesina Albina prisca matro-
narum Virtute ornatissima uxori, una-
nimi, concordi, fideli, dulcissima, cum qua sine
lite vixerat Petrus Albinus Niuemontius con-
iunx desolatissimus maroris indefessi M. P.
Vixit annos XXIII. M. V. Obijt 11. puerpe-
ra 3. Cal. Mart. Anno M. D. LXXXII.

Corpus terra, meliora

Caelum possidet.

Θύμη βλεψον ἄνω

Vitam ego, te geminam vixi viuento, fuisti

Supra hanc, quam viuo tu quia vita mi-
hi.

Morte tua exanimis viuam, nam conditur v-
na hic

Maxima tecum anima pars, Ludemilla,
mea.

Salua-

tili-

ist
Ba-
Ber-
lich

r le-
aus
wer-
haut
de in
nsel-
eine
und
iegt

*Saluator mulier per filiorum generatio-
nem si manserit in fide, dilectione, sanctifica-
tione & modestia.*

Hoc Epitaphium muro templi
ortum versus inclusum habet insignia
VVeissiorum & Hupschiorum, Item
Phænicem cum hac inscriptione:

Securus moritur, qui scit se morte renasci

Mors ea nec dici: sed noua vita potest.

Humi verò sic:

Depositum

Ludemillæ Fridesinæ Albinae.

In Jahr 1582. den 27. Fe-
bruarij ist in G D E E selig
entschlaffen die Erbare vnnnd
Zugenthafftig Matrona Ludemila
Petri Albini Churfürstlichen
Sachsischen Historici, vnnnd dieser
löblichen Vniuersitet Professorn
Eheliche Hausfrau allhie begra-
ben/ der Gott gnade.

Dieser

Dieser Grabstein ist neben der Sacristischen mauer nach dem Morgen vnd Pfargarten.

LIX.

Iohan. Petri Albini.

Iohan. Petrus Petri F. Albinus obiit Anno 1582. etatis die 25. hor. 20.

Hic lapis eodem in loco muro Sacrarii inclusus habet simulachrum matris & filii defuncti: nec non sequentes Rythmos Germanicos.

Ein Herz mit Kew vnd Leide gekrenck

Mit Jesu Christi Blut besprengt/

Wil ich meinem lieben Gott bringen zu

Darauff schlaff ich ein mit fried vñ ruhe.

In frontispicio lapidis eiusdem Pelicano subscriptum legitur.

*Magnus amor; per magna fides quam maxima virtus,
Alterius vitam morte parare sua.*

In tumulo autem sic:

Depositum

Iohannis Petri Albini, Petri Niue-
montij F.

Im

Al jar 1582. Den 19. Martij
ist verschiede Iohannes Petrus
Albinus seines alters 25. Tag
vnd ruhet in friede.

Dieser Grabstein lige seiner Mutter
zur lincken Hand.

LX.

Augustini Ritteri.

Nobilissime Musarum soboli Augustino
Rittero Gorlic: Lusat: inter assidua opt:
art: in quin: in Academia An: studia piag:
vota animam Christo Seruatori, an. etatis
sue XXIII. tradenti, monumentum hoc filio
suauiss. Valentinus Ritterus parens Gorlic:
cons: ac in letiss: spem resurrect: merens po-
suit Anno reparatae salutis M. D. LXXXII.

*Ardua dum vigili contemplor sidera mente,
Me iubet eternam Christus adire scholam.*

Obijt XXIV. Martij Anno

M. D. LXXXII.

Habetur hoc sepulchrum inter ti-
liam & ædificia pastoris in biuio ver-
sus Iudæorum vicum.

LXI.

LXI.

Marthæ Heilingerin:

Hoc tumulo medium, quæ vix heu vixerat annum
 Parua Heilingeri filia Martha iacet.
 Vita bonum fragile est, palma non longius vna
 Palma velut verti, sic quoq; vita potest.

I. M. D.

Obijt VIII. Aprilis An. M. D.

LXXXIII.

Intra turrim & ædificia forū spe-
 ctantia cernitur.

LXII.

Andree Madini.

Ascania Andreas genitus Madinus in vrbe
 Hic sua telluri membra fouenda dedit.
 Non sine laude pium, qui Depositoris obibat
 Munus Leucoreæ sunt vbi scepra scholæ.
 Corporis exuias posuit fellure sub ista
 Spiritus in cælis regna beata videt.

Obijt 24. Martij Anno 84. ætatis
 sue 26.

Intra portam maiorem Sept. & ti-
 E liam

artij
 etrus
 Tag

utter

ustino

ia opt:

ia piag;

etatis

oc filio

Gorlic:

ens po-

XXII.

ente,

holam.

ter ti-

o ver-

LXI.

liam quadrato lapidi mediocri incisum legitur.

LXIII.

Iohannis Friderici à
VVeihe.

Depositum hic est spe certissima resurrectionis corpusculum Iohannis Friderici à VVeihe I. C. filioli cariss. qui dum in hoc mundo, annum, IV. menses, XVI. dies consumserat, ipse fontico morbo consumtus & mortuus est VII. Iunij 1584.

*Felix o nimium futurus olim
Est cui sic citius mori placebit
Quam mundo malè serius perire.*

P. P. M. F. C.

Ad parietem sacrarii borealem lapidi vna cum parentum insignibus insculptum visitur.

LXIII.

Andreae Teuberi.

Hic

Hic filius Andreas Teuberus flore iuventa
 Expectat florem vere sequente novum.
 Unica spes generis post fratrum fata manebat,
 Sed mors ante diem spem iuuenemq; tulit.
 Cumq; fide vera Christum sub morte vocaret
 Mors ratio ad vitam, Christus ad astra
 via est.

Obijt XXIII. Iunij Anno Dn. M. D.
 LXXVIII.

Ad finistram semitæ à parochia in
 forum ducentis intra testudinem &
 ianuam maiorem.

LXV.

Catharinæ Limmerinæ.

Hic fata Limmero Catharina parente qui-
 escit

Dumq; fide Christo est insita, surget humo.

Nascitur VIII. Ian. obiit anno M. D.

LXXVIII. die Sept. XX.

Sepulta est iuxta murum tem-
 pli Septentrionalem ianuæ maioris
 ad dextram.

LXVI.

Catharinæ Tangerinæ.

E 2

Erepta

E Repta est Catharina tibi data vita caduca

Sed nova per Christum reddita vita
tibi est.

Liquisti quod erat mortale eterna prehens
Hec vite & mortis sint monumenta tua.

Obijt anno Christi 1584. etatis 1.

Propè murum riuuli intra tiliam
& portam maiorem.

LXVII.

Iohannis Bezholdi.

O Rnatissimo, pietate ac eruditione iuue-
ni, Ioan: Bezholdo Rotenburgo Tubera-
no Franco, V Vitebergæ bonas literas discenti
XXIX. Aprilis Anno Christi M. M. XXXV.
piè defuncto: filio plurimum dilecto memoria
ergò parentes hæc posuere lugentes.

Iuxta viam & hortum pastoris la-
mina ænea lapidi infusa.

Quem tibi commisit studio, V Vitebergæ, fideli

Tubaris exundans Franca per arua vadum:

Musarum vt castris eductum, celsa per astra

Eueheres patriæ non sine honore suæ.

Inuida Pieris in Parcarum falce recisum

Iusti, carniuoris vermibus ire cibum.

Tubaris

Tubaris hunc plorat, plorat Roteburgica tellus
 Et crudæ matris nomen habere iubent.
 Vindicijs tu exurge novis & sedula nutrix,
 Quæ nunc commisit germina, blanda foue.
 Sic tibi, quæ dixere prius maledicta, fatiscunt,
 Omnibus atq; oris sedula mater eris.

LXVIII.

Michaelis Voiti.

Micat semper virtus vt Sol.

Hic situs est Michael Voitus, cui Norica tellus
 Patria chara fuit: nunc polus est patria.
 Obijt in Christo ea nocte, quæ secuta fuit
 diem 27. Maij, anni:

Veni ô Iesv, Veni Vt Liberes nos eX
 DaMnIs.

In medio tiliæ & portæ consulatis
 propè semitam.

LXIX.

Georgij Rollij.

Rollius hic recubat tener annis indole pollens
 Olsnensis cuius consulit aula patrem.

E 3

Si

*Si patris ac gnati eadem est persona, recumbit
In scrobe, quæ natum condidit, ipse pater.*

*Crede pater gnatus pascenti corpore vermes
Nam cor ibi est sensu, res vbi cara sibi.*

*Proles vna fuit, quæ cum vellinqueret auras
Rellictum est patri nomen inane patris.*

*Iam spes vna leuat luctum, quod in æthere tandem
Vnio cum sobole est prisca futura patri.*

*Obijt doctiss: ac summæ spei Iuuenis Georgius
Rollius Olsnensis, Nobilis Clariss: viri Michaelis Rollij.
Illustriss: Princip. V. Monsterbergensium in Silesia
Consiliarij filius II. Iulij H. 7. vespertina Anno 85. An.
20. ætatis.*

*Muro sacrarii septentrionali in-
clusum.*

LXX.

Martini Goltzprysij:

V*Nicus hic proles Martinus tabe peremtus,
Goltzprysius patria contumulatur humo.
Cultor erat pietatis, erat studiosus hic æqui,
Arcadia doctus ludere suaue chely.*

At na-

*At nato vnigenæ pro tædis quæ dedit urnam
Debuit orba parens occubuisse prius.*

*Obijt D. X X V I. Augusti Anno M. D.
L X X V. ætatis suæ 21.*

*Sepultus ad merid: sub Schamham-
phoras L X X.*

LXXI.

Euphrosynæ Rauchbarinæ

E*uphrosyne filiola Andree Rauchbar I. V.
D. & Professoris, cum nondum ætate du-
os expleuisset menses, moritur XI. Decembris
Anno M. D. X X C V.*

*Hac iacet Euphrosyne Teuberi neptis in urna
Filia Rauchbaro, quæ patre prima fuit.
Vidit in hoc mundo, vicitq; pericula mundi
Nam cita mors longis est medicina malis.
Si patribus nobis ad cælos ire cupido est,
Ne doleas natam morte præisse tuam.*

I. M. D.

*Intra cochlidem & maiorem ianu-
am borealem.*

LXXII.

E 4

Eu-

Euphrosynæ Pauls.

EPITAPHIVM.

Honestiss. matronæ Euphrosynæ, Cl. viri
D. Michaelis Teuberi I. V. D. coniugis ca-
riss: piè defunctæ VI. Iulij An. M. D. X X C V I.

Hic iacet Euphrosyne, Benedicti filia Pauli

Quæ pia Teuberi coniugis vxor erat.

Corpore parua quidem fuit, aſt in corpore paruo

Mens imbuta Dei magna timore fuit.

Summa hinc dum vixit cum ſedulitate ſtudebat

Poſſe placere Deo, poſſe placere viro.

Occubuit placidè ceu vixit ſi cupis ergò

Viuere, ſicq; mori, diſce timere Deum.

Nam malè non moritur, ſed vitæ pro breuis vſu

Æternam vitam qui benè vixit habet.

Intra ſeptentrionalem cochleam
& ianuam maiorem ad latus Teube-
ri.

LXXIII.

Michaelis Teuberi

I. V. D.

EPITAPHIVM.

Cla-

Clariss: viri Michaelis Teuberi I. C. celeberrimi, piè defuncti XV. Septembris. Anno M. D. XCVI.

Ante dies septem decies heu morte solutæ

Hic prope Teuberus coniugis ossa cubat.

Iusticia Clarus, nulli pietate secundus,

Doctior haud quisquam inre in vitroq; fuit.

Nec tamen hanc pietas Themis aut doctrina valebat

Morte leuare, licet viuere dignus erat.

Sed post sex decies agitur dum tertius annos,

Morte datur vita nunc meliore frui.

Nempè mori didicit, vitæ dum fila trahebat

Ergo quisquis amas viuere, disce mori.

L. H. S.

Intra maiorem ianuam borealem
& cochlidem.

LXXIIII.

Iohannis Kniphoff:

Anno Domini 1586. die 22. Decembris Obijt Iohannes Kniphoff Hildesien-
sis Saxo L. L. studiosus suæ ætatis Anno 22.

Iuxta viam & ædes pastoris lapis
quinq; insignibus maiorum ornatum
habetur.

E 5

Gre

LXXV.

Gregorij Rudolphi.

Hic sita Gregorij requiescunt ossa Rudolphi,
 Dum Deus hæc menti iunget vt ante suæ.
 A duce cui ratio frumenti tradita cessit,
 Qua fidei specimen iustitiæq; dedit.
 Eius & externis industria luxit in oris,
 Atq; datas obijt sedulitate vices.
 Officij cultor gestuq; modestus in omni
 Seq; pius ante homines gessit & ante Deum.
 Namq; fidem in Christum vera virtute probavit,
 Exitus & vitæ factus origo nouæ est.
 Gratia natorum decorauit carmine patrem,
 Quem cælo pietas ornat & alma fides.

1588. 4. Ianuarij.

Ad dextram tabulæ cui program-
 mata affiguntur.

LXXVI.

M. Iohannis Breitneri.

Requiescit sub hoc saxo, pietate, virtute
 & eruditione ornatiss: Iuuenis Dn: M.
 Iohannis Breitnerus Schorndorffensis, Melchio-
 rus Breitneri, Reip. Schorndorf. consulis filius,
 letam

*letam expectans Resurrectionem. Pie in Chri-
sto obdormiuit die 14. Ianuarij hora 6. ve-
spert. Anno salutis M. D. LXXXVIII. eta-
tis sue XXIII.*

Iuxta viam in medio cochlidis &
ianuæ maioris versus plagam sept:

LXXVII.

Caspari Mostelij

Mole sub hac lapidis Caspari molliter ossa
Mostelij recubant, spiritus astra tenet.

Plauia quem genuit, formauit Curia, rexit,
Quæ caput ad cælos fert VViteberga suum.

Is cum ter senos annos vixisset & vnum,
Heu præmatura morte peremtus obit.

Mox vbi defunctos tumulis reuocabit Iesus,
Surget, & æterna sorte beatus erit.

Obijt Anno M. D. LXXXVIII.

Febr. die XVI. h. 5. vesp.

Iuxta viam intra minorem coch-
lidem & Pædagogium.

LXXVIII.

Doro-

Dorotheæ à VVeihe.

Genere & pietate lectissima & scitissima
 virguncula Dorothea à VVeihe D. Eber-
 hardi à VVeihe I. C. & Professoris & c. filiola
 cariss. nata An. CIJ. IJ. LXXIV. 26.
 Julij piè & placidè mortua An. CIJ. IJ. XIIC.
 XII X. April. in spem certissimã resurrectionis
 posuerunt maestissimi parentes.

Nil meum quod debui reddidi, quod per me

Perdidi per Christum recepi.

Prope murum sacrarii aquilona-
 rem. LXXIX.

Ambrosij Bernutzij.

ANno Domini nach der Geburt
 vnsers HErrn vnd Heylandes
 Jesu Christi 1588. den 22. Aprilis
 ist der Ehrngeachte vnd Weise Herr
 Ambrosius Bernutz der Elter / sei-
 nts alters 71 Jahr in Gott Christ-
 lich entschlaffen / dessen Seele Gott
 gnade.

1. Corinth. 15.

ES

Es wird gesehet vorwesslich / vnd
wird aufferstehen vnvorwesslich /
es wird gesehet in Buchren / vnd
wirdt aufferstehen in Herrligkeit.

Zun Römern am 14.

Unser keiner lebet ihm selber / vnd
keiner stirbet ihm selber / darumb
wir leben oder sterben / so sind wir
des HERRN.

Mortuus hic recubat clausis Ambrosius annis

Bernutius, patriæ fama decusq; domus.

Cui rapto septem post acta decennia, Ianus

Hæc monumenta gener Mentius instituit.

Sub tilia versus rivum & viam
publicam.

LXXX.

EPITAPHIVM.

Claræ filiolæ M. Iohannis
Galli.

Clara

CLara fui terris prænominis luminis vsu,
In cœlis Christi clara perennis ero.

Clara sub hoc tumulto Iani dulcissima Galli
Filia præpropere funere rapta iacet.

Angelicis inter turmas iam lumine claro

Clara micans verum nominis omen habet.

Obijt 27. Aprilis Anno CIJ. IJ.

LXXXVIII.

Sepulchrum est intra maiorum ianuam meridionalem & intimationem tabulam.

LXXXI.

Laurentius Matthiæ Holfati.

Objit Laurentius Matthiæ Holfatus Hunsensis Anno M. D. XIIC. 22. die Maij, & sub hoc saxo requiescit.

Inter seriem ædificiorum respicientium forum & australem turrim.

LXXXII.

Hartmanni Hubschmanni.

Hartmannus qui Hubschman terra requiescit in Cui qui Thuringus viuere Saltza dedit.) ista Ast

*Ast vbi Leucorides sequitur sua numina Musas
Occubuit repetens æthera grata pijs.*

*Obijt die XIIIX. Iunij hora IIX. matuti-
na Anno M. D. XIIC.*

*Interiacet tabernis mercatoriis &
turribus.*

LXX XIII.

Iohannis Matthæi

D. T. H.

D. O. M. S.

R*everendi viri Iohannis Matthæi Schmal-
caldensis Doctõris Theologi, & tandem
post varia exilia in hac Academia S S. litera-
rum Professoris fidelissimi A. S. M. D. XIIC.
Septemb. XVII. piè defuncto, magno cum
studioso iuventutis mœrore elatum corpus, be-
atam resurrectionem hic expectat.*

*Munde neqes sedem, tamen hæc mihi tumba quietem
Non negat, aut cœlum gaudia, munde vale.*

Intra fores Pastoris & tiliam.

LXX XIII.

Elisa Pers.

Hic

Hic ternis tumulata cubo cerni fratribus
infans

Person Elisabeth Immanuele nata.

Venturis præcepta malis, damnisq; nefandis
In Christi gremio Iubila sancta cano.

1589.

Prope Schemhamphoras, versus
Ianuam.

LXXXV.

Christiani Schlebingij.

Molliter hac hospes recubat Schlebingius vna
A Christo primum nomen vt omen habens.

Christo etenim sacra baptismatis insitus vnda
In Christi vixit, Christi obiitq; fide.

Lucem ipsi primam dedit Osnaburga fauente
Numine VVestphalici nobile sidus agri.

Patris aues forsam vitam cognoscere, & artes
Vt nati hinc noscat certius ingenium.

Nominis ille fuit similis famæq; celebris

Passim in Saxonis VVestphaliciq; scholis.

Hammouera id loquitur Brema, atq; Heruordia quamq;
VVestphalici dixi nobile sidus agri.

Ille vbi Palladium pubem pietate fideq;

Sincera ac Clarijs artibus excoluit.

Quin

Quin etiam sacris templorum accitus habenis,
 Aeterni sonuit dogmata pura Dei.
 Transijt in sobolem simul hæc cum semine virtus,
 In nato eluxit patris & ingenium.
 Hinc ipsi quamvis afflictis viribus esset,
 In studijs ætas tota peracta fuit.
 Ithena ipsum integra docuit Trieberide & Albim
 Sex tantum menses vidit & ingemuit.
 Ingemuit nulli fatales parere Parcas,
 Cumq; malis æqua falce secare bonos.

Indormijt 28. Aprilis Anno Christi M. D.
 X C. ætatis XXII.

In media area Septentrionali.

LXXXVI.

Catharina Burchardin.

Catharine Iohannis Burchardi Davidis
 Voiti Theologi & pastoris VVitebergensis
 coniunx quinquaginnaria obiit decendio post
 mortem mariti ad IV. Decemb. Anno XIC.

Sanguine Burcharti & Voiti pietate mariti
 Virtutumq; omni foemina clara choro.
 Hic Catharina cubo vitamq; expecto beatam
 Quam noua viuet homo, quæ vetus iuit humo.

F

Sunt

Sunt tamen hic inter lacrimas extincta meorum

Atq; breui obfata morte secuta virum.

Parraq; non valuit tumulo viduare propinquo

Quæ potuit thalamo me spoliare viri.

Quisquis es oro pium Cinerem ne lædito : namq;

Nil nisi subtumulo hoc terra cinisq; iacent.

Terra cinisq; iacent fateor, sum facta sed ante

Ciuis fausta polo, quam cinis hausta solo.

Ad dextram maioris ianux aquilonaris.

LXXXVII.

Cyriaci Engelke.

In superiori lapide :

S*ic Deus dilexit mundum, ut filium suum
Unigenitum daret, ut omnis qui credit in
eum, non pereat, sed habeat vitam eternam.
Ioh. 3.*

In medio lapide :

*Cyriaco Engelke patricio Elbingensi Bo-
ruffo preclaro nato : cui pietas singularis &
virtutum eximiarum alacre studium insi-
gnem gratiam honoremque conciliarat : Cui
S. S. LLM. quam iam felici diligentia sua
osten-*

ostendebat accurata Cognitio eximiam laudē
paratura, deq; patria optimè merendi occasio-
nem datura fuit quod Deo tamen visum ali-
ter est, in Christo pientissimè hic VViteberga
summo cum matris amantissima dolcre, mul-
to patriæ aliud sperantis gemitu, anno Christi
M. D. XC. VI. Cal. Octobris ætatis suæ XX.
demortuo.

H. P. EST. M.

In inferiori verò sic.

Iesu mea spes, Lux mea, Dux meus, meus
Rex vivus Deus & verus homo pius redem-
tor, finis meus, in te abiens nil cetera queram.

Hæc moles lapidea muro templi
aquilonari inclusa & tribus virtuti-
bus Iusticia, spe & Fortitudine in frō-
tispicio egregiè exornata conspici-
tur.

Humi autem lapidi incisum:

Hæc spes Elbingæ & fide unica cura parentis
Deposui gelida funeris ossa domo.

Patria cui voluit Legū sanctam esse magistrā,
Leucorin hunc tumulū, iusserat esse Deus.

Factum vtrinq; bene est nam consul auusq; paterq;
 Non mihi sed patrio me genuere solo.
 Hæredem laudisq; suæ pulcriq; laboris
 Quæ mutat certa Curia nostra vice.
 Crescebam & patrijs se offendit rebus arista
 Verum maturos non habitura dies.
 Protinus in terram spico vernante relapsum
 Abdidit etiam nunc longa moratur hyems.
 Olim autem æternas surgam rediuius ad auras
 Ver vbi perpetuum nobilis auster aget.
 Sic vixi bene sic obij si Illustria vitæ
 Mors non inuito tempora præripuit.

Cyriacus Engelke Elbingensis
 Borussus.

Muro templi boreali ad dextram
 ianua maioris inclusum tribusq; vir-
 tutibus exornatum.

LXXXVIII.

Epitaphium Michaëlis Varadini
 Vngari.

Dum bene sperata virtutum laude placeret,
 Varadij Michael patria cura soli.
 Mortuus in priscas olim reditura figuras,
 Nuper in hac sterili membra reliquit humo.

Dum

Dum tamen exuias retinebit corporis vna

Hospita sidereum pars colit ipsa polum.

Quisquis es & gelida positum spectabis arena,

Expectes vitæ tu quoq; fata tuæ.

Cætus Vngaricus posuit emigravit ex hac

vita salutis Anno M. D. XC.

Die VII. Mensis Octo-

bris ætatis 24.

*Iuxta minorem cochlidem versus
scholam sept:*

LXXXIX.

Agathæ Fridsii.

D. M. S.

IN Christi Iesu agnitione vera, placide ob-
dormiuit matrona pia Agatha integerr. vi-
ri Thomæ Fridsii relicta vidua Anno salutis
M. D. XCI. mense Septembris die IX. hora
post V. matut: cum vixisset annos coniugij X.
viduitatis XXXIIII. curiculi totius ærum-
nosi ferè XXXC. relictis & superstibus Tho-
ma, Augustino I V D. Iona deq; Lüdemilla pie
memoriæ nepte Albina, cui in memoriam re-
surrectionis sanctorum liberi mærentes moni-
mentum P. C.

F 3

Psal:

Psal: IIII.

*In pace requiescam & dormiam, quia tu
Domine solus confidenter me habitare facis:*

Ad parietem sacrorii orientalem:

X C.

Iohannis Grunij.

EPITAPHIVM.

P*li & eruditi iuuenis Iohannis Grunij qui
placide in Christo obdormiuit X I I. Cal.
Ianuarij hora 12. nocturna anno post natum
Christum 1592.*

*Huic tumulo lacrumans nati miserabile corpus
Supposui senij spem columenq; mei.*

Iam lustris quatuor binos adiecerat annos

*Doctrina ambiguum est an pietate prior
Ardua Pimplæi superauerat, illius ergo*

Fronti intentabant laureaserta Deæ.

Hic operum medio retro ad interiora coacta

Frigoribus scabies cor iuuenile necat.

Vt sensit tacitam labi per viscera mortem

Christe ades atq; hoc me carcere solue, refert.

Iam mihi munde vale, Frater, cariq; parentes

Atq; sodalitiy turba valete mei.

Me

Me Deus ipse vocat iam me cœlestibus oris

Inuitat, salve quod mihi dulce fuit.

Talibus expirat, me fac quoq; maxime Christe

Tam placida humanum claudere morte diem.

*Extrinsècus post aram. Inter pa-
trem & fratrem.*

XCI.

*Andreas à Seidvitz Georgij in
Buschvitz & Pultzverda Filius*

ætatis XXIII. An. Obijt 14.

Febr. Anno XCII.

H*Æc mihi supremum benè fusa viator habeto
Christe tibi viuo, Christe tibi moriar.*

*Christe cutem quoniam geris ob nos de cute nostra
Sim ne reuictura hac de cute falsus ego.*

*Sic moriar quanuis hic immaturus; at illic
Non immature Christe tibi assotior.*

*Prope ianuam minorem versus
Schamphoras.*

XCII.

Mariæ Salbachs.

EPITAPHIVM.

F 4

Honestæ

Honestæ matrone Mariæ Salbachia con-
iugis M. Iohannis Knorij Franci piè in
Christo defunctæ, &c.

Ergonè tot lacrimis Maria es deducta sepulchris
Salbachia ô magnum connubiale decus.

Hæc vix ter denos ac tres exegerat annos
Triste puerperium tristia fata tulit.

Hæc quoniam sobolem peperit dilecta marito
Septeno in partu morte soluta cadit.

Non cecidit sed & hæc in Christi sanguine viuit.
Vulneribus viuet Christe redempta tuis.

Decessit die 22. Nouemb. hor. 2. post me-
rid. Anno Christi 1593. ætatis verò
suae 33.

Australi ianuae maiori ad dextram
subfenestra.

XCIII.

Epitaphium Christophori
Cegledij Vngari.

Mente adiit Celum, hac posuit sed corpus arena
Cui bene de Christi nomine nomen erat.
Pannoniæ Patachi, has etiam quod misit in auras
Artibus ingenijs tempora prima dedit.

Hic

Hic procul à patria telam dum texit eandem
 Ingenio præstans, nec pietate minor.

Annos bis denos ac vix transmittit, & vnum
 Deliciæ matris, spes cadit atq; patris.

Heu quam vernantis cito languent lilia campi
 Tam cito summa dies cuilibet vna venit.

Parentes Mœstiss. p.

Vita defunctus Immanuel nostro inter H. 7.
 & 8. matut. die 28. Nouemb. anno Epochæ Christi
 M. D. VIIC.

Prope minorem cochlidem ver-
 sus scholam boreal.

XCIIII.

Melchior Breus.

Christo Servatori Sacrum.

E Gregie indolis ac spei adolescens Melchior
 Breus Fribergensis Eliæ filius natus II. Au-
 gusti anno LXXIII. cum in hanc Academi-
 am venisset pietatis & artium opt. studiosis-
 simus semestri vix interiecto prematura mor-
 te extinctus, commune & immutabile debi-
 tum nature Deoq; persoluit anno etatis sue
 XX. Christi VIIC. M. FF. B. F. E. B.
 XXV.

F 5

Intra

Intra tabulam & minorem ianuam
meridion. insignitum maiorum ima-
ginibus. XCV.

Salome Mollerin.

D. O. M. S.

Quam mihi terra dedit Salomen Viteber-
gia natam

Huius in hoc tumulo contigit ossa rogo.

Pone iacent soceri de primo fœdere Reschi

Pulvere contigui subruta membra loci.

Redde mihi, quæ mors tibi reddidit utraq; cæ-

Expectata diu pignora redde mihi. (lo

Spiritibus iungenda suis, iungenda beatis

Cœlitibus, sunt hoc membra reposita loco.

Georgius Mylius D. Fecit & posuit fi-
lie ac socero pie recordationis ergo

2. Febr. 1594.

Ad dextram maioris ianux Sept.
in muro lapidi quadrato piceis literis
infusum.

XCVI.

Euphrosin Balduffs.

Anno

ANno M. D. LXXXXIII.
 Den 19. Febr. frühe vmb 6. hora
 ist in Gott seliglich entschlaffen die
 Thugentsame Jungfrau Euphro-
 syna des Ehruwesten Herrn Da-
 uid Balduffs Gottseligen weiland-
 Amptschöffers zu Zwickaw hinter-
 lassene Tochter alhier / Gott ver-
 leihe ihr eine fröliche Außerste-
 hung.

Zu Wittenbergk ruhe ich ohne klag
 Vnd schlaff biß an den Jüngsten Tag
 Da wird Christus mein Grab entdecken
 Vnd mich zur ewig Freud erwecken.

Iob 19.

Ich weiß daß mein Erlöser lebt /
 vnd er wirdt mich hernach auß der
 Erden auferwecken.

Iuxta tiliam versus Parochiales
 ædes.

XCVII.

Christo

Christo Seruatori Sacrum.

Samuel Calixtus.

F Lensburg. Holsatus moribus & literis sanctissimis praeditus 20. Iun. anno orbis redempti 1594. aetatis suae 23. dum obiit.

Ossa sub hoc tumulo Samuelis Clausa Calixti

Et patris patriae spesq; decusq; iacent.

Occidit ante diem primo sub flore iuuentae

In medio Clarij tramite fixus agri.

Sed nihil ut terris perfectum fata relinquunt

Sic etiam hunc fieri non voluere senem.

Memoriae causa Iohannes Calixtas V.

*D. minister, filio suo dilectissimo
merens posuit.*

Prope maiorem ianuam & cochlidem aquilonarem.

XCVIII.

Adami Moller.

A Nno domini 1594. 16. Octob. pius & doctus iuuenis Vn. Adamus Mollerus Fursenwald. suae aetatis 20. an: placide obdormiuit.

Aspice

*Aspice quæso nitens marmor quod pulvere ia-
Etum*

*Disce legens, quis sim, quis sit & omnis
homo.*

*Aridus est terræ puluis, miserabilis exul,
Mortalis, fœnum, labilis umbra, nihil.*

*Vix studiosorum gustaram gaudia vite,
Surreptus cœlo nunc ego pace fruor.*

Hiob. 1.

*Dominus dedit, Dominus abstulit
sicut Domino placuit, ita factum est.*

*Templum & domum pastoris di-
rimit.*

X C I X.

Eman. Schot.

D. O. M.

H*Eic iacet Emanuel Personi nominis he-
Nuper fraterni copula quinta iugi. (res,
Hunc Themis, hunc pietas, hunc plebs, hunc
curia laudant,*

Fletq; marita virum mascula trina patrē.

Obijt VViteb. Anno Christi C I O. I O.

XCV. XIII. Iunij.

Maio-

Maiori ianuae australi ad dextram.

C.

Christoff à Berga.

D. E. V. S.

EPITAPHIVM.

Nobilissimi nec non ad ardua quaeq; nati
iuuenis Dn. Christophori à Berge Silesii
qui pie ex hac demigravit vita Anno XCVI.
Maij die 4. hora diei 11. aetatis suae Anno
XXI

Dum plantandus eram per summa cacumina montis,

Cum de monte mihi nomina clara data.

Vt flos purpureus spina deiectus ab alta

Flatibus aduersis Austriacoq; malo.

Huic ergo tumulo trado mea membra caduca,

Spiritus at caeli culmina summa tenet.

Ioh. 16.

Confidite, ego mundum vici.

D. V. VV. D. V. K.

Intra tabulam & minorem ianuam merid. ad semitam.

Iohan.

CI.

Iohan. Canuti.
EPITAPHIVM.

Docti & honesti iuuenis Iohannis Canuti
Husensis Holsati 12. die Iulij pie defuncti
Anno Christi 1596. etatis sue 23.

Hac ego vitali priuatus luce Canutus

Deposui luteæ viscera pellis humo.

Mens traducta polo viget enthea: Musa beatos

In terra manes fontis honore colit.

Ex opposito Teuberianorū intra
ianuam & cochlidem maiorem.

CII.

Iacobi Rungij.

Hoc loco quiescunt exuuie Iacobi Rungij,
qui natus 14. Septemb. anno 1596. patre
Dauidе Rungio SS. Theol. Doctore & Profes-
sore publico obiit 13. Decemb. eodem anno.

Marc. 10.

Talium est regnum cælorum.

Humi

ex-

nati

lesii

VI.

nno

6,

nu-

n.

Humi prope murum templi intra
Teub. & ianuam maiorem sept.

CIIII.

Iohan: Sommer. Torgens.

Iohannes, filius Balthasaris Sommeri Docto-
ris medicine hic quiescit expectans letum
aduentum Iesu Christi, discessit anno 1598.
Mens. Iulij D. 21. H. 6. P. M.

*Summerum rapuit iuuenem mors horrida, vi-
tam*

Christus Iusticia Sol sacer ipse dabit.

*Hic tandem in cineres ubi flamma resoluerit
orbem*

Laticia, capiet, proprietate, decus.

B. M. N.

Ad dextram maioris ianuæ Sept.

M. Barthol. Tile.

Ser Ehrwürdige vnd Wolge-
lerte Her M. Bartholomæus
Tilemannus der Kirchen ab
hier zu Wittenberg Archidiaconus
vnd

vnd Seelsorger / so das lauter rei-
ne Euangelium von Christo Jesu
vber 27. Jahr bestendig vnd mit
freüdigen Herzen öffentlich geleh-
ret / ist endlich in wahrer Anruf-
fung Gottes an S. Michaelis
Tag Anno 1598. seliglichen ent-
schlaffen.

Sein Leben das war Jesus Christ
Derselb im Tod sein Gwin auch ist/
Auff ihm stell ich die Seligkeit
Drumb wird mir nu die ewig Frewd.

B. M. N.

Ad læuam pastoris ianux.

C V.

Tumulus.

M. Bartholomæi Stenij Rev. & cla-
riss. viri Barib. Superintend. Heck-
stad. F.

Ecquis in hoc posuit sua mortua membra sepul-
chro,

Ab iuuenis quondam Stenius ille valens.

G

Qualis

tra

f.

cto-

tum

598.

a, vi-

uerit

Sept.

olge-

æus

ab

onus

vnd

Qualis erat? Clariâ spectabilis arte Magister,
Sincerus, constans insuper, atq; pius.

Vnde erat? Heckstadio: moriendo qualiter æuum
Extremum clausit? cognitione λογῶν.

Sub mole hic igitur corpus modo inane quiescit,
Mens aſt in Christi gaudet ouatq; sinu.

Obijt die 28. Octobris h. 6. vespert.

An. D. CIO. IO. XCVIII.

ætatis suæ 27.

CVI.

Jeremi Næuij.

Sub hoc lapide condita sunt exuuiæ Ieremie
Næuij Dresdensis, iuris utriusq; peruii nati
Anno M. D. LXII. die S. Augusti circa 8.
vespert. ac denati circiter eandem horam ve-
spertinam Anno M. D. XC. VIII. die 2.
Decembris Iuliani, expectantis cum omnibus
electis lætam resurrectionem ad vitam eter-
nam sub aduentum Seruatoris sui Christi Iesu.

Vicinum Sept: ianuxæ maiori ad
dextram.

CVII.

Pe-

Petri VVesenbecij.

Petro nobilissimi illius Matthæi VVesenbecij
 filio in lucem suscepto Anno Domini M. D.
 LXXV. Cal. April. postea vera in Christum
 fide magnoq; cum desiderio ad patriam cæle-
 stem euocato 3. Non. Ianuar. anni M. D.
 XCIX. viro, cum pietate erga Deum: tum
 mansuetudine erga cunctos præstanti, monumē-
 tū hoc posuit mæsta mater Martha Puchnerin,
 Ultra semitam maioris ianux A-
 quilon. parte dextra.

CVIII.

M. Christian Salbachij.

Pietate, doctrina ac virtute ornatissimo
 viro M. Christiano Salbachio Schola Se-
 natorie Rectori vidua relicta Catharina.

H. M. P.

Momenti exigui vulgo res esse putatur
 Infantum teneros erudisse greges.
 Quanta sed est terra ciues generare poloq;
 Tanta quoq; imberbes ritè docere scholas.
 Præstitit hoc mira Salbachius arte fideq;
 Pulpita Gymnasij puluerulenta regens.

G 2

Vndecimo

Vndecim in hoc ludo dum pædo triba per annos
 Lusitat, ac cœli plandat & ornat opes.
 Incola fidereæ nunc arcis, vbi orbe relicto
 Splendida, quam colit præmia messis habet.

Piè obiit die 14. Martij Anno Chri-
 sti M. D. XCIX.

Ad ostium scholæ septent:

CIX.

Veronicæ im Hoff.

Hic sita est fæmina

Genere pietate omnibusq; corporis & ani-
 mi dotibus præstantissima **VERONI-**
CA patricia Noribergensis vxor Clariss. vi-
 ri Dn: Bartholomei Hierouij Thoruniensis Bo-
 ruzzi Med. Doctõris & Acad. huius profess. p.

Nata fuit anno salutis M. D. LXXIX.
 patre ampliss. ac senatorio D. Ier. im Hoff, Ma-
 tre VVirbeccia VVitebergensi mense tertio à
 nuptijs correpta fuit dysenteria epidemica. o-
 biitq; sanctissime anno Christi M. D. XCIX.
 die Augusti XIX. ætatis sue anno XX.

Situs

Situs est hic & Christianus im Hoff fra-
 ter eiusdem Germanus S.S. L.L. Stud. qui cū
 simul V. August. eodem fluxu tentari cepisset
 mortuus est beatissime Anno aetatis XIX. die
 ante Sororis obiit V I. Quia verò in omni vita
 imò & morbo ac morte ipso admiraculum usq;
 coniunctissimi fuere, ne vel iam post funera
 seungerentur vno hoc eodemq; tumulto conte-
 cti sunt. Nil ultra: Verum i. nunc chare via-
 tor & precare his sanctis exuvijs sacra quiete-
 rem caelestisq; decus perenne vita, & tu viue
 piè moriq; disce.

Propè murum Sacrarii & cochli-
 dem maiorem.

CX.

Lucæ Leiseri.

Christo Sacrum.

Lucæ Leisero in inclita hac Academia pa-
 tria pietatis & literarū studioso filio cha-
 rissimo, qui II. Maij Anno M. D. LXXVIII.
 natus, atq; XXIII. Augusti ipso die Bartholo-
 mai, an. M. D. IC. hora noct. XI. dysenteria

G 3

morbo

*morbo tum epidemico extinctus vera in Christi-
stum fide & precum ardore pie placideq; expi-
ravit.*

Parentes superstites.

*Polycarpus Leyserus Elisabetha Luca
Sacrae Theol Doctōr Cranachij Consulis filia.*

*Hoc monumentum indicium amoris, le-
uamen mœroris, fulcimentum spei, testimo-
nium fidei, de beato carnis huius resurrectio-
ne ad vitam eternam posuerunt.*

*Sit anima ipsius in benedictione & re-
quie, sempiterna. Amen.*

*Ad ostii parochialis dextram mar-
mori porphiriaco in auralis literis in-
cisum, sed in templum translatum
muro sacrarii occidentali inclusum,
& sequens monumento impositū est.*

Dormit in hoc tumulo Lucas Lyserus, at eheu.

Ipse sub ætatis vere virtute iacet

Vt tria lustra recens cum binis egerat annis

Texit eum tenui puluere mollis humus.

Te POLYCARPE satus puer est LYSERE parente

ELISABETH genitrix Cranachiana fuit.

Iustus

Iustus uterq; parens pater antistesq; disertus
Et mater vitæ regula tanta suis.

Castalidum fontes fuit admiratus, & vndas
His sua sæcundis ora rigavit aquis.

Haud maius lucrum duxit quam viuere Musis
Tempe Leucoridos visere amæna suæ.

Maxima speravit pater accrescentibus annis
Maxima quæ patri mors inopina tulit.

At bene cum Luca reor actum quippè, suavi
Amplexu fruitur colloquioq; Dei.

Inter & electos habitat sanctos & in æuum
Inter syderiæ viuit in arce domus.

Et quamuis corpus pùtri retinetur in vrna
Id tamen illa dies vltima restituet

Ad dextram ostii Pastoris marmo-
ri egregiè elaberato insculptum.

CXI.

Melchior: Reich:

Hic situs est Melchior Reiche Hannouera-
nus Saxo, Erici patris patriæ Honoratis.
F. Doctis summe indolis adolescens Iurium
studiosis, qui cum agebat annum vndeuigesi-
mum, Christo Seruatori spiritum, terra corpus
tradidit.

G 4

In

In Tumulum,

*Nil mihi fortuna mihi nil virtusq; negabat
 Nil nunc defuncto funere terra negat.
 Nil anime cæli negat incluta patria cuius
 Spes una & viui & deficientis erat.*

*Anno Sal. M. D. IC. VIII. Sept.
 Ante intimationum tabulam.*

CXII.

Annæ Flutin.

MEMORIAE.

Lectissime fœmine Annæ Flutinæ Clariss.
 V. Benedicti Caipzouij I. C. & Professoris
 Ordinarij quondam maritæ: Quæ ut sexus
 potioris binos, alterius totidẽ liberos pepererat
 quintum parturiens unâ cum fœtu occubuit
 anno coniugij IX. ætatis XXVI. Christi M. D.
 IC. D. IV. Decemb.

*Hoc monumentum maritus, superstes &
 gratus P. C.*

Lapis hic muro sacrarii septen-
 trionali inclusus duabus columnis la-
 pideis & eminentiis egregiis exorna-
 tus visitur. Urnæ vero inscriptum est
 sequens Epitaphium:

Tumu-

Tumulus.

Præstantiss. fœminæ Annæ Flutenæ
Benedicti Carpzouij I. C. & Pro-
fessoris publ. quondam ma-
ritæ.

Hic ego post fatum Carpzouias Anna quiesco,
Dieta fui specimen nobile coniugij.

Quintum parturiens dum proli cogito vitam

Eripitur proli vita simulq; mihi.

Terra meum facta est ego prolis facta sepulchrum,

Nomme sepulturæ tristis imago meæ?

At Deus in cœlo est, qui soluet vtrumq; sepulchrum,

Et decus & vitam reddet vtriq; suam.

Qui transis ne te lacrumis impende: sed æstus

Fati nosce mei, disce timere tui.

Occubuit vna cum foetu anno ætatis suæ 26.

coniugij IX. Christi CIO. IO. IC. 4.

Decembris.

CXIII.

Christo Immanueli scriptum.

Natvs erat qvi ter septena LVCE noVeMbris
HICCE pVer bellvs post sua fata CVbat.

Cui pater Emanuel Person tam munere vitæ

Functus adhuc patrium nomen habere dabat.

Quiq; dehinc matri Rühelino sanguine natæ,
Solamen vidui dulce doloris erat.

Ast febre oppressus grassante potit Vr oLympo
IVnIVs Vt qVINos tVrbat ab aXe Dies.

Intra minorem ianuam merid. &
Schamhamphoras.

CXIII.

Frid. Drachstet.

EPITAPHIVM.

Viri Clarissimi & Consultissimi D. Fri-
derici Drachstets Consistorij Electoralis
Ecclesiast. VViteberge Assessoris ordinarij: ibi-
dem Scabinatus & iudicij aulici supremi Sa-
xonici Prothonotarij ad annos 48. dignissimi
8. die Maij Anno seculari 1660. cum vixisset
annos 71. pie defuncti.

Hac Friderice Dracostadij grandæue sub vrna
Mortuus in Christo contumulate iaces.

Postquam magnorum proauorum stemmate claro
Et virtute tua nobilitatus eras.

Postquam consilijs prudentibus optima quæq;
Curasti ducibus Saxoniciq; Dijs.

Vt te assessorem sacra consistoria haberent
Arte vsu eximium iudicioq; grauem.

Vt

Vt te sincerum Cultorem Ecclesia Christi,
 Fouerit ingremio sanctificata suo.
 O quam dulce cubas corpus ' quam dulce quiescis
 Expectans alios qui sine fine dies.
 Illic eterno splendore ornaberis illic
 Incipies vitæ participare nouæ
 Qualem non oculus vidit non audiit auris
 Qualis spe nobis, re tibi læta datur.

Huic lapidi ad sinistram maioris iannæ borealis
 mariti & duarum vxorum insignia subiecta sunt eisq;
 adscriptum:

Margareta	Frider.	Maria
Maiorin.	Drachst.	Stetnerin.

Sept. iannæ maioris ad sinistr. ver-
 sus scholam.

CXV.

Martin Coler D.

CLarissimo ICto Martino Colero patria
 CiZensi quem apoplexia subito correptum
 Deus ex hac erummosa vita placidissime
 euocauit XXI. Nouemb. anni M. D. CI.
 cum nondum quadragesimum etatis annum
 comple-

compleuisset viro cum pietate tum vite integritate conspicuo marito ac patri dilectissimo hoc monumentum relicta vidua trinaq; soboles amoris & pietatis ergo posuerunt.

Ad dextram aquilonem ianuae maior. ultra semitam.

CXVI.

Ambrosij Reuteri.

MEMORIAE.

Ambrosii Reuteri, Norib. qui fortuna usus varia Adhuc adolescens sub initium reformatae Ecclesiae Luthero aequior Lipsiae carceri includitur. Inde Q. mirabili modo euadens ab iisdem, qui fugitiuum reprehendere missi per imprudentiam securior redditur: Honores gessit in Repub. V Viteberg. praecipuos. Quin & Academiae & consistorio scripturibus publicis operam nauauit Anno XVI.

Multa perpeß. bello. Praesertim Germ. liberum XXIII. pater officio boni, viri boniq; Christiani functus obiit V. Eid. Quinct. Anno Christi CLJ IC. LXIV. aetatis LXVII.

ME-

Memoriæ item.

*Anne Burstenbinderiæ Coburgi Fr. Natæ
opt. Fæmine taliq; coniugio plane dignæ, in
quo vixit summa fide annos XIV. vidua XV.
obijt 27. Aug. Anno CIJ IJ. LXXVIII.
Cariss. patri: Matri H. M. P. C. Filius Contra-
dus Reuterus Reip. Bitterfeld. Cos. Anno Chri-
sti 1602.*

Lapis muro templi inclusus est, ad
sinistram ianuæ meridionalis maio-
ris. Porrò Reuterus hic iussu Georgii
Ducis Saxonæ ob Lutheranismum,
quem profitebatur, Lipsiæ incarcera-
tus fuit in quadam turri seu propu-
gnaculo muri oppidani. Exactis au-
tem ab eius captiuitate diebus ali-
quot, cum postridie iudicio sistendus
esset. scrofa traiectâ fossâ oppidi, ad
turrim illam, quasi excrementorum
cupida, rostro impegit. Ad quam
conuersus Reuterus (quippe cui in i-
psa turri scrofa adesse videtur) manu
laterem vnum atq; alterum attrectans
facilimè exemit, & sic facto foramine
Scro-

Scrofaq; duce fossam traiciens ex carcere euasit, & quia fortè fortuna à via regia aberrasset, eaque ratione insequentium conatus elusisset, incolumis VVitebergam peruenit. Hic cum sedem rerum ac fortunarum suarum collocasset, ad honores etiam in Repub. euectus, egregiam domum ex latere cocto ad medium fori extruxit: in cuius frontispicio in sempiternam mirandæ liberationis memoriam, pingi curauit Scrofam sedentem in puluinari holoserico, coronaq; aurea redimitam. Parte item vna Lutherum pinxit quasi prægrandi penna scriptoria coronam pontifici de capite decutientem; altera verò parte Philip. Melanthonem pinxit theca pennaria, cui alligatum atramentarium, Pontifici consimiliter plagas infligentem.

Hæc domus quam Reuterus tandem cum Pharmacopæo vicino permutauit, Myropolio vrbs hodiequè dicata

dicata est, verum, vt fieri solet in ædi-
um renouatione, pictura vetus iam
inducta est. Ita Deus subinde suos
etiam in maximis & præsentissimis
periculis mirabiliter seruauit. Vnde
& פלא hoc est, Admirabi-
lis dicitur, Esa. 9.

FINIS LIBRI
Tertij.




ex
u-
ra-
et,
it.
am
am
am
ru-
er-
ori-
em
au-
he-
na
ca-
arte
eca
ta-
gas
tan-
per-
què
cata

LIBER TERTIUS

dicata est veritas, unde dicitur in xpo
qui tenet hunc, dicitur veritas
inducta est. In Deo habet hunc
etiam in maximo & perfectissimo
periculis, hinc dicitur. Unde
& hoc est Adonai
hanc dicitur. E. S.

FINIS LIBRI

Tercii



no hinc. **Q**uod
diligam. **Q**uod
Quia non di
lectone diligem
mucem: nisi di
tes dem: **Q**uod
mucem: **Q**uod
suum tamquam
metum dicitur
tamquam non

Quia non di
lectone diligem
mucem: **Q**uod
mucem: **Q**uod
suum tamquam
metum dicitur
tamquam non



LIBER T
COMPL
EPITAPHIA
CAEMETER

PAROCHIA
RIVN

A V T

BALTHAS

ci

Chryso

*Proficiscamur ad sepulchrum
ostende uxorem tuam: Vbi
nihil video, nisi putrida ossa*



MAGDE

*Excudebat Andreas Seydewitz
Kirchneri.*

